

1-311

Nº A
1-311



252

a 7.

!!!

Del Cto de la Congr. de Hy de Granada. MBE
B. 1500

FRATRIS

IOANNIS DE YANGUAS

ORDINIS PRÆDICATORVM


SAGRÆ THEOLOGIAE
PROFESSORIS

DE AETERNO CHRISTI

Sacerdotio, & Regia eius potestate

LIBRI TRES

AD AMPLISSIMVM ET REVERENDISSI-
mum D. D. Didicu[m] de Pereda & Morales Prior[e] Provinciae Legio-
nenis & Potentissimi Philippi Tertiij Hispaniarum
Regis à Consilijs.



M P R I V I L E G I O

Salmantica
Ex Typographia Antoniæ Ramirez viduz,
Anno M, DC, XVI.



*Del Libro de la Congr. de S. J. de Granada. BBE
R. 1.500*

FRATRIS

IOANNIS DE YANGVASA

ORDINIS PRÆDICATORVM
SACRAE THEOLOGIAE
PROFESSORIS

DE CÆTERO C H R I S T I
Sacerdotio, & Regia eius potestate

LIBRI TRES

AD AMPLISSIMVM ET REVERENDISSI-
mum D. D. Didacum de Pereda & Morales Priorē Provincia Legio-
nenſis & Potentissimi Philippi Tertij Hispaniarum
Regis à Consilijs.



C V M P R I V I L E G I O

Salmanticæ, Ex Typographia Antoniæ Ramirez viduz,
Anno M. DC. XVI.





E superiorum mandato nos infrascripti Patres
sedula qua potuimus diligētia vidimus hostores
libros de æterno Christi Sacerdotio à P. Fr.
Ioanae de Yanguas conscriptos: in quibus nihil nisi pium,
nihil nisi salutare inest: neque quidquam quod Catholicæ
Romanæ Ecclesiæ, fideique sinceritati repugnet: sed po-
tius doctrina vere Theologica, sacris Scripturis, Apostoli
cis traditionibus, & Ecclesiæ Patribus comprobata. Et
quidem singulari eloquentia: nec vulgari eruditione: sed
mirâ resolutione disposita. Quare dignum c̄pus existima-
mus, ut prælo mandetur: datis in hoc Regali Conventu
Sanctæ Crucis Segouiensis. Die prima Iulij. Anni 1615.

Fr. Gabriel
Rodriguez Magister.

Fr. Francisco del Cerro.

VO el Maestro Fray Antonio de Soto Mayor;
Vicario General de la Provincia de España, de la
orden de Sancto Domingo nuestro Padre: avié-
do sido cometido a los Padres, el Maestro fray Gabriel
Rodríguez, y el Padre fray Francisco del Cerro, exa-
men de un Libro, q̄ el Padre fray Ioan de Yanguas Mae-
stro de Estudiantes de nuestro Conuento de Santa Cruz
la Real de Segovia, ha compuesto, de æterno Christi Sa-
cerdotio: y aviédo tenido relaciō, y testimonio fidedigno
de los dichos Padres, q̄ deue ser impreso. Por tanto por la
presente le doy licēcia para q̄ teniendo facultad de los Se-
ñores del Cōsejo pueda imprimirlo, y para q̄ mas merez-
ca, le mādo en merito de obediencia, q̄ lo mas presto que
pudiere lo imprima. Dada en nuestro cōuento de la Ma-
dre de Dios de Olmedo. En 16. de Julio de 1615.

Fr. Antonio
de Soto Mayor Vicario General.

¶ 2 DE:

DE MANDATO Supremi Senatus opus (cui titulus de æterno Christi Sacerdotio) Patris Ioannis de Yanguas Ordinis Prædicatorum inspicendum, ac excutiendum accepi. In quo non solum quod Catholicæ fidei, recte fidelium intentioni nec minimum quid quod aduersetur apparet, verum etiam pietatis, eruditionis, elegantiæque plena sunt omnia, & quod maius est in Sanctorum Patrum sententijs euoluendis diligens, & curiosa inquisitio: quapropter si in lucē profluxerit omnibus studiosis maxime profuturū existimo. Datis in hoc Divi Philippi Conventu Matritensi; Die nono Decembris, Anni millesimi sexcentesimi & decimiquintii.

*Fr. Christoval de
Fonseca.*

Summa del priuilegio.

CONCEDE su Magestad al Padre Fray Iohan de Yanguas priuilegio por diez Años, para que pueda imprimir vn libro intitulado de æterno Christi Sacerdotio: y que sin su poder nadie le imprima. Su fecha en Madrid a 4. de Hebrero. de 1616.

ILLVS-

ILLVSTRI AD-
MODVM ET REVEREN-
dissimo D. D. Dicado de Pereda, &
Morales Priori Provincia Legionensis, & Poten-
tissimi Philippi III. Hispaniarum
Regis à Consilijs.



NCIPITI mihi, Illustris admodum ac Reuerendissime Praeful, sub cuius patrocinio librum huc de æterno Christi Sacerdotio in lucem ederem; tu primus, & nobilitate præclarus & religione Sacerdos occurristi. Nam quod in omnibus terræ fructibus contingit ex naturali & diuina institutione, ut eorum primicias proprio Sacerdoti non tam ex liberalitate, quam ex debito, & necessitate soluere cogamur. Idem ex naturali & ciuili obligatione etiam hoc nuki necesse induco. Te namque tota Zebedæi familia, tota Legionensis Provincia Sacerdotem proprium, Praefulemque dignissimum felicissima sorte habere gloriatur. Nec immerito, tum certe celeberrimum nomen per omnium virorum Illustrium voluntat ora: omnesque certatim amicitiam tuam quibuscumque possunt rationibus ambiunt. Nec priuatorū

tibi studia defunt, quæ ipse fulgore tuarum virtutum facis, alios liberalitate seu magnificentia potius alliciens: alios humanitate ac suavitate morum, cunctos prudentia, atque iustitia: sed ne laudes cogas tuas culpa deterere ingenij (ut Flavius inquit) imitatus Timantem velo contegam, quod non possum exprimere penicilio. Quæ so tamen, ut etsi virtutes taceam plures, quæ certatim occurrentes meritis amplioribus, et celsiori gloria postulant commendari, si quid in omnium est ore, in omnium admiratione non taceam. Cui enim contigit, cum ad supraeme sue religionis dignitatis fastigium vheretur nondum legitima etatis metam attigisse? Nulli sane: tibi post plures honores, et munera maxime. Quæ autem eo præsulatu præstiteris nomini tuo digna Legionensis Ciuitatis suis cantatricibus letissima, et decantata, et perpetuo decantabit. Hispana vero Roma maiestissima, et prætristitia squalida lachrymabitur, eiusque omnium ciuium oculi madescerent semper. Alteram etenim singulari donec ac pignore ditasti, alteram tanto patre orbatam, tantoque sponso viduam reliquisti. Conuentum namque illum Hispaniae, et Christianæ religionis decus, Maurorum flagellum, et Diuino Iacobo Sacrum ex una in aliam Ciuitatem tuis velut humeris transportasti: atque ex procelloso mari imbriuin, niuum, aliarumque calamitatum

tatum et laborum eductum per centum sere leucas incolumem, ac saluum trastulisti. Hinc te earum rei rumor, et maximi Sacerdotis vox functum officio ad Regiam Curiam, ut Regum sacris praeses euocauit. Sed parum ibi conquiescens, ob tuæ familiæ clamationem, ei ad totius Prouincia Virarij Generalis dignitatem restitutus es. Vbi solum dicam tales in omnibus negotijs (vidimus experientia) matritate consilij usum, ut de te videatur AEnius dixisse per Ciceronem lib. 1. Offic.

Vnus homo nobis cunctando restituit rem. Sed quid his immoror, nonne tu ipse etsi renuersiterum, et secundo ad cacumen prælature dignitatis prioralis arreptus es? o magnam et prudentiam et virtutis vim.

Quod si quis in te et generis splendorē, et antiquitate desideret, sciunt cines ex illuſtrissima Peredarrū familia ortū ducere. De qua, si diligenter vetustas Hispaniae historias euoluamus, nō semel, sed saepē mentionē fieri haud difficile cōperiemus. Etenim tempore Regis Felagij ita īā amplissimae erant fortunæ, ut inter discretissimos Hispaniae viros numeraretur. Ideoq; Rex tāquā diuites homines euocauit, ut eorū ope, et consilio bellū indiceret Sarracenis, ad redimendā è Barbarorū hostiū manibus captiū Hispaniam: qui Regium latus cingentes, ita audacter impetiere Mau-

ros, ut e pluribus Hispaniae locis Arabes exegerint.
Et ut e multis unum recenseam. Ferdinandus II-
defonsus de Zaballos Didaci Ruiz de Zaballos
Equitum Sancti Iacobi, Principis & Magistri suc-
cessor coram Domino Rege Ramiro ita strenue mili-
tauit in bello, vulgo de Aluclda, ut eum non solum
tanquam insignem ducem armis, auro, & gemmis exor-
natis honestauerit, sed & nobilitate & generis splé-
dorem testata fecerit, & ut stemmata sui, quibus vñc
signis vñcuntur ornarent priuilegio concessit, nomine
Zaballos in Pereda commutato appellatione defum-
pta est loco in montanis de Laredo magna arborum ma-
xime Pyrorum copia consito. Sed genus hoc iam non
intra montana conclusum, sed per totam Hispaniam
propagatum, quin potius extra ipsam diffusum co-
picias. Nam Gasparus Ruiz de Pereda Equitus. Ia-
cobi, & germanus eius Melchior Heroum de Cala-
trava stemmatibus insigniti ciuitatum de Auana,
Tenerife & Palma gubernacula tenent. Et haec de
paterna nobilitate, vel summis labijs attigisse suffi-
ciat. Nec deerunt innumera de materna nobilitatis
tua antiquata excellentia, & splendore; utpote qui
partim ex genere sis de los Morales Negros inter no-
biles Numantinos nobilissimo: Partim ex familiis
de los Garceses, quam a sanguine Regum Nauarræ
legitime proximana se non esset difficile demonstrare.

ex

ex his quidam Gimenus Garzes Comitem Valenti-
num Gallorum Ducem magna militum copia Reg-
num Nauarræ occupare intentantem, strenue supe-
rauit, prostravit, occidit, & Regnum tutatus est. Sed
haec subtiliori calamo relinquētes orationis filum ab-
rumpamus: tum quia scio modestiam tuam: qui cum
sis, dicarisque ab omnibus magnus, ipse tamen teip-
sum nescias magnum: tum quia ob communem pa-
triam, si longius oratio protendatur forsitan suspi-
tionis notam incurrerem: Maxime cum id modo non
agatur, solum enim agitur omne praesidium, & dulce
decus, ut ea qua praeditus es humanitate, hoc mu-
nusculum, meorum laborum primitias, sereno animo
ac latissima fronte suscipias. Vellem maiora dicare,
sed Ouidius lib. 3. de Ponto ait.

Vt desint vires tamen est laudanda voluntas
I lac ego contentos auguror esse Deos,
Hec facit, ut pauper veniat quoque gratus
ad aras

Et placeat cesso non minus agnabobe:

Vale vigilansime Pastor, omniaque tibi faustissi-
me eueniant.

F. Ioannes de Yanguas.

T S E R R A-

ERRATA:

P Ag. 14. c. 2. l. 15. excusio leg. excusso. p. 27. col. 1. lin. 16.
expeditabat. l. spectabat (& alibi) p. 28. c. 1. li. 25. natura.
le. natura. p. 85. c. 2. l. 31. c. dele. p. 130. c. 2. l. 6. sine l. fine
p. 171. c. 2. l. 10. inuicibilis. l. inuisibile. p. 172. l. 32. iures. l. vires.
p. 208. c. 1. l. 1. auditum. l. aditum. p. 223. col. 1. lin. 10. novis. l. no
bis. p. 227. col. 1. li. 20. dixerit. le. dixerit. p. 231. co. 1. li. 7. deferre.
le. defererent. p. 239. col. 2. li. 25. Tyberius. l. Cæsar. p. 230. c. 2. l.
32. significentur. l. significetur. p. 136. c. 2. l. 28. omnem. l. omne.
p. 251. c. 1. l. 1. serie. l. serie. p. 266. c. 2. l. 11. traditionum. l. tradi
tionem. p. 289. c. 2. l. 14. proprietatem. l. proprietate. p. 290. c. 2.
l. 14. filium. l. filiam. p. 302. c. 1. l. 19. fauorem. l. fuorem. p. 325.
c. 1. l. 1. P. dele. p. 343. c. 2. l. 4. in anima. l. in anima. p. 333. col. 1. lin.
8. relatos. l. relatus. p. 368. col. 2. li. 3. à le. & li. 12. victam. l. vitam.
p. 373. li. 8. Pontifici. l. Pontificis. p. 351. c. 1. l. 7. requiesuit. l.
requisuit. p. 379. c. 1. l. 9. summa. l. summam. p. 390. c. 1. l. 2. coa
ga. l. coasti. p. 400. c. 2. l. 23. copia. l. copiosam.

Alia vero si quæ irrepserunt ex litterarum defectu &
transmutatione facile deprehendes.

Con estas Erratas está impresso conforme a su original este libro,
De eterno Christi Sacerdotio, En testimonio de lo qual lo fir
mè en Salamanca, oy primero de Septiembre del Año de 1616.

El Corretor, &c.

Manuel Correa
de Montenegro.

TASSA,

V O Juan de Xerez Escrivano de Camara de su Magestad
de los que residen en su Consejo soy fee, que auiendose pre
sentado ante los Señores del un libro intitulado. De eterno
Christi Sacerdotio, compuesto por el Padre Fray Juan
de Yanguas de la Orden de Santo Domingo, que con licencia de los di
chos Señores fue impresso, lo tassaron á quatro maravedis el pliego en
papel, y a este precio y no a mas mandaron se vendiese el dicho libro,
y que esta fee de tassa se ponga al principio de cada uno de los, y para
que dello conste di esta fee, en la Villa de Madrid á veinte y cuatro
dias del mes de Setiembre de mil y seyscientos y diez y seys años.

Juan de Xerez.

ILLVS.



Præfatio Autoris.



V M primum ad explicationem huius ver
siculi, qui quintus est in serie Psalmi centesi
minor. i, ne accingerem id vnum animo in
sedit, vt stylo breviori digererem, quæ ce
Christi supereminenti Sacerdotio didiceram, occasione
arrepta ex verbis Prophetæ, quo demum me interpre
tem Apostoli profiterer, potiusquam noui aliquid essem
in mediū prolatus, magnum etenim negotiū ille mi
hi facessit, vt magna etiam sacramenta prodirent in lucē
de Pontificio Redemptoris; quod Paulus tam celebre es
se fecit, vt vix eius tractationi, annotationique, verbum
possis adiucere: calamum tamē temperauit ad communē
doctrinam quasi pro concionibus apparatum: ad plenam
etiam expeditionem eorum quæ huius versiculi enarra
tio exigebat Pontificiæ & Sacerdotalis functionis celsitu
dini adiugere curauit in tertio Libro authoritatē Regiā, &
Christi Maiestatis amplitudinem. Neque vero mirandū
si pro eodem arguento sapienter eadem tractanda inci
dant; sed illud tibi obseruandum propono, vt inspicias,
quam varie in disputationem veniant, quæ identidem vi
dentur repetita, & quam aliter eadem discutiantur,
quæ nonumquam necessarie in nouam discussionem
euocantur; bis, terque aiunt, quod pulchrum: & ho
nesti nulla facetas. Quod ibi vel maxime locū habet, vbi
cadē non eadē videtur ex colore permutato, & serū, sen
ten.

tentiarumque vario apparatu, & ornatu. Quod & in interpretatione Scripturarum, & in communium assertorum fide roboranda ita seruatum a nobis deprehendes, ut si semel & iterum de iisdem differendum sit, variā utrobique doctrinæ supellecilem inuenias: Neque vero id tantum in diuersis libris, verū etiam in eiusdem voluminis oratione perpetua necessarium esse arbitramur ut de rebus iisdem differatur: quia nonnumquam vni, non numquam etiam alij proposito illa deseruiunt. Quod & nobis accidit in tractatu hoc de Sacerdotio Christi; ubi de cessatione legalium non semel, sed iterum atque iterum mentio facta est, ut & aperiretur discrimen iurati, & non iurati Sacerdotij: & huius nostri tam excellentia, quam æternitas patesceret, ac de mū evidens fieri virtus, & efficacia sacrificij oblati in Cruce, quo & exterminata sunt antiqua sacramenta, & noua suam vim & iustificandi, obligandique energiam acceperunt. Suam vero cuique tractationi commoditatem seruauimus, ut & legenti fastidium auferretur, & expedito lectionis fructu non careret oratio. Spero autem diuina ope sic euētum, ut utraque sibi inuicem collata & composita non parum studiorum sint tibi allatura quo pleniorem assequaris notitiam de Christi Sacerdotio. Bene vale, illudque tuis precibus efflagitare contendere; ut quæ pro gloria ipsius Redemptoris conscripta sunt, vel de Sacerdotio ipsius, vel de potestate regnantis tibi profint, & omnibus nobis in salutem. Amen.

LIBER



LIBER PRIMVS DE AETERNO CHRISTI SACER- DOTIO.

*AVTORE FRATRE IOANNE
de Yanguas Ordinis Prædicatorum, Sacrae
Theologiae professore.*

INVERBA Psalmi 109.

Iurauit Dominus, & non paenitebit eum: tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

A

CA-

CAPITVLVM I.

Sacerdotij in communi instituendi ratio. num. 1.
 Cain nuncius mortis infictæ per peccatum. ibidem.
 Liberi arbitrij imbecillitas. num. 2.
 Remedia varia ad expiationem peccatorum. ibid.
 Remedia contra originale peccatum. ibidem.
 Sacramentorum nouæ legis virtus, & efficacia. ibi.
 Pœnitentia remedium semper necessarium. ibid.
 Sacramentorum institutio, num. 3.
 Sacramentorum veteris, & nouæ legis differetia. ibi.
 Sacrificiorum, & oblationum utilitas. ibidem.
 Ordinis, siue officij Sacerdotalis antiqua Religio.
 num. 4.
 Leuitica successio in Sacerdotio. ibidem.

I C E A T
 per te nobis, ô Redemptor saeculi,
 tatis per disserere de ijs quæ pro tua benignitate in nos beneficia contulisti: & in exordio tractationis de Sacerdotio tuo, meditari opestux bonitatis immensa. Sane continuo sepe prodit mirabilis prouidentia diuini consilij super salute humanigen-

ris: & patet in foribus aptata significatio dilectionis illius erga nos, vt & potenter se vindicet in hac parte Deus a calumnijs hominum. Videbatur numerus vniuersitas mortalium conqueri de oppressione sua, & iugo captiuitatis, quo depressa tenebatur. Videbat se quasi eadem catena tenebrarum alligata, uno, eodemque constrictam vinculo, de quo ita

Capitulum Primum.

ita fuerat locutus Esaias.
Esa. 25. Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligatus super omnes populos, & telam, quam orditus est super omnes nationes. Vinculum illud fuit peccati & mortis, quo implicitus est totus orbis terrarum, & tela infelix, quā exorsus est, & contexuit Diabolus in primo parēte, vt in illa concreteretur omnes gentium nationes. Nam & hęc duo, peccatum & mors, summo foedere copulatur, vt mortis origo fuerit peccatum, & mors ipsa peccati confessanea censeatur. Per unum hominem (ait Apostolus) peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransit, in quo omnes peccauerunt. Sagitta etenim mortis, aculeus mortiferus, & ad mortem impellens peccatum est, quemadmodum habemus in eodē Apostolo ita dicente: *Vbi est mors? stimulus autem mortis? stimulus autem mortis peccatum est.* No- li querere mortis causam quam gestas in te ipso: quia illa est per peccatum contracta; peccatum autem dico transmissum cum ipsa natura. Et quia omnes in uno peccauimus, omnes incurrimus reatum in mortis, à quo nequeamus absolui, donec finiantur lux & tenebre. Quid est quod Cain vagus, & profugus huc, illicque; discurrevit in terris, paucore concuslus vndeque ut ad sonitum euolantis folij trepidaret quasi ad exercitum gladium, & diceret: *Omnis igitur qui inuenierit me, occidet me: profecto quasi legatione fungitur,* nuncium mortis praesentanex asportat posteritatem hominum, quasi ius hereditarium, quod cum natura peccatrice obuenerit eis. Iamdiu etiam conquestus est mundus quod se obligatum peccatis agnoscet, quæ vocant actualia; nec tamen auxilia in terris videret ad expediendum.

Rom. 5.

A. Corin. 15.

se ab illis Habebat quidem magistrum iustitiae, legem demonstratoriam peccati; sed vires sibi deesse lugebat, quibus illam perpetuo exequi posset, hoc autem deuitare. Erat qui commōth. Epist. straret viam: qui & errorem ostenderet: non sic au& Inno. centij ad tem qui semitæ rectitudini. Cæ ne intenere perficeret, & lessin. in erroneous gressus ad viam suis de- reduceret, & in illa firma- cret. res Agnoscebat morbum: sed medicum requirebat. Verum o vir diuinorum sacramentorum perscrutator, nullatum animum suum beat oblivionis suspicio in Patre illo misericordiarum, quasi plasmatis sui fuisse immemor videatur in hac parte. Quidam est oculis, res ipsa clamat, quod nolit mortem peccatoris illa Maiestas, cui usque adeo cordis fuit salus orbis terrarum, ut multa, & multiplicia contulerit hominibus remedium propitiationis dei, uia assequenda. Ut enim gratiam unius nobis impe-

si Redemptoris omittamus, & ad singularia humana in firmitatis adminicula convertatur oratio, pro culpa originis expianda in omni statu habuit genus humandum subsidia sua in oblationibus & sacramentis, per quæ naturæ macula posset abstergi. Quod modo nobis præstat aqua baptismi, id non tantum adulti, sed etiam paruuli assequuntur ceremonijs illis: ut ea cap. quod noxa quam citra propriæ apud, voluntatis arbitrium contraximus, sine proprio voluntatis opere videretur aboleri. Fateor quidem longo interuallo distare sacra menta illa siue legis naturæ, siue Testameti veteris ab hoc nostro baptismatis mysterio. Huic enim ut sacramentis alijs nouæ legis veram efficientiam attribuimus iustificationis, & causam facimus instrumentariam conferendæ gratiae, a struendæque regenerationis in uitæ nouitatem. Illic professio, & protestatio.

*Greg. li.
4. moral.
c. 2. de co
secr. d. 4.*

Capitulum Primum.

C. Flor. & Trid. tio Fidei valebat hominibus ad salutem quasi ex insuff. 7. ca tentione in finem totius non. 4. s. humanæ spei, & iustitiae; & 6. & de quo ita dicit Apostolus: c. firm- ter. de Sū Finis enim legis Christus ma Trin. ad iustitiam omni creden- ex Late- di. Illa ergo in finem con- ran. Rom. 10 stitiam, & salutem à fine. Hæc autem plenitudinem virtutis ex fonte ipso haurientia, veram effectricis causæ rationem adeptæ sunt. Iam vero ad ea delenda crimina, quæ proprij arbitrij libertate commisimus, in omnissimulo commune fuit pœnitentia remedium, ad quod, quasi ad sacram anchoram, accurrerent peccatores uiueri. Ad hanc perpetuò inuitat benignus Pater: Conuertimini (inquiens) ad me: & ego conuertar ad vos. Hoc enim res ipsa postulabat, ut quise spōtē à Dominō separauerat, ad eum ultr̄ rediret, & qui rerum conditarum materiam cōditori anteposuerat, in se-

Aug. li.

*19. cont.
Faust. c.*

*11. Ha-
go de S.*

*Vit. 1.
de Sacr.*

p. 9. c. 3.

*D. Tho.
3. p. q. 61*

*art. 1. &
2.*



cia, ut ipsam cōferrent; sed quia in eis propitium se exhibebat Dominus ex fidei iussione sua, qua filium promiserat, in cuius fide, ac nomine conferebatur omnis iustitia. Nostra vero lex Testamentū nouū, & sacramenta confirmata in sanguine Testamēti polent virtute insigni ad culpam auferendam, & conferendam gratiam. Utrobiusque intenditur veluti in serpentem æneum, & finis idem est patrum, & nostri: sed signorum efficiencia non est eadem: quemadmodum in serie disputatio nis huius dilucidum efficetur. In hoc ipso sacramentorum ordine, & extra ipsum fuere quondam varia sacrificia, & oblationum genera, vel diuinitus inslita, vel ab hominibus ex cogitata, & adiuuenta ex diuina inspiratione. In eis homines coram excelsa Maiestate suam humilitatem professi, se illius singularis opificis signum

4

agnoscentes honorem, gloriam, gratiarum actionem reddebat auctori omnium, dominatori orbis terrarum: & oblatiis eis muneribus, quasi acceptis de manu ipsius, maiora sibi propitiacionis munera impendi postulabant: siebatque ut per ea, quæ ex seipsis minus virtutis habere videbantur, conferrentur hominibus maiora beneficia ex diuina gratia ad homines inclinata; non autē sine peculiari humiliactione, deuotioneque, vel eius qui offerebat, vel illius pro quo ipsamet hostia offerebatur Domino; quia vero peccatis proprijs præpediebantur homines, ne per semetiplos ad Deum accederent, quæ sibi agnoscebant esse infensum, quasi medios inter se ac Deum ascisciebant ad sacrificia peragenda Sacerdotes: ut quod per se obtinere minus poterant, id prestaretur alieno patrociario. Sicque res gesta est, ut

non

Capitulum Primum.

7

non tantum sub veteri Testamento, & postmodum sub Euangelio, verum & ante legem scriptam fuerit ex consilio Dei nostri creatus in populis ordo peculiaris Sacerdotum ob causam; nimirum diuinæ placationis: quamuis enim determinatio horum, illorumve Sacerdotum facta sit ex hominum conditione in statu legis naturæ, ad id tamen agendum se apud homines ex diuina inspiratione, & instinctu. Hi autem qui quondam Sacerdotij officio fungebantur ante constitutum Aaronicum Pontificium, primi natu fuisse feruntur iuxta veterum traditionem Hieronimorum, ita, ut iure primo-

Hieron.
de trad.



A 4

CAP I.

geniturae obueniret eis dignitas Sacerdotalis: quod & gen. al. de Noe, Iob, Melchisedech, & alijs probabiliter autumant sancti Patres; nempe Sacerdotij principatu polluisse, quasi primos origine inter fratres suos. De antiquæ legis Sacerdotibus patēs est, quod ex diuina institutione intravnam Leuiticam familiam fuerint conclusi, & per carnis successionem ad illud ministerium suffici, substitutique; in qua parte nimirum excelluit collata Sacerdotij gratia ipsi Christianæ Reipublicæ: quo & spiritale, & sublimius ceteris esse censemur.

(?)

CAPITVLVM II.

- Christus cur appellatus primogenitus. num. 1. & 2.*
Primogenitura vis ad salutem conferendam insufficiens. ibid.
Iustitia Christi deputata vis Sacerdotij. ibid.
Moyses quare in numero Sacerdotum. num. 3.
In Christo repurgandum Sacerdotium. num. 4.
Christus qua ratione dicatur portasse iniquitates nostras. ibid.
Sacerdotales vestes quomodo immunda. num. 5.
In Christo vestes commutatae. ibid. cir. fin. & seq.
Correctio legis & Sacerdotij qualis. num. 6. & 7.

BEATA Sanè permutatio Sacerdotij in qua diuinæ prouidetæ splendor fese proferat evidentius, & benignæ dispensationis sacramentum præcipuum efficiat ostentationem sui. Nam enim pro repulso iure primogenitorum in administratione Pontificia substituitur nō uus Sacerdos primogenitus omnis creaturæ, & primogenitus in multis fratribus. Qui & cum sit unigenitus Patris & unicus filius Virgini & matri suæ, non absque certi causamysterij appellatus est utriusque primogenitus. Paulus in eo æternam generationem contemplatus, ita eloquitur de Patre illius. *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit. Et aduentum eum omnes Angeli Dei. Lucas verò de matris partu virgineo, Impleti sunt*

1443

+

Capitulum Secundum.

Luc. 2. *sunt(ait) dies ut pareret: & peperit filium suum primo genitum. Res Deo sacrata primogenitura visa est: & quæ cessavit in figura, instituatur in veritate; ut locus detur meliori Sacerdotio, quod in Melchisedech esse perhibetur: siisque ut qui primum locum in primogenitis filiorum hominum obtinuit, principatum quoque Sacerdotij vendicaret sibi ad peragendas in terris causas vniuersorum mortalium, cui & illud annexum erat, ut inefficaciam tolleret pristini ministerij facta in melius commutatione illius. Nam & lege sub intrante minus sufficiens fuisse declaratum est, quod ex iure primogenitura obueniebat ministerium: iussaque sunt primogeniti redimi; ut non ab illis expectaretur perfectio: sed ab uno Redemptore omnium, qui sanguinis sui pretio reparatus erat viros redemptio obnoxios; & in eodem sanguine Testamenti, quasi pelagi abyssi demersurus vetera sacramenta, & sacrificia, quibus & consummationem adducebat. His & illud suffragari poterit quod accepimus ex Patrum doctrina; ubi eum locum interpretantur, quod Apostolus vocat Christum primogenitum omnis creaturæ. Colos. 1. Ibi etenim Sanctimoniaz quandam rationem eminentem illi meditati sunt, ut non tam annorum spacij, quam prærogativa dignitatis metirentur: quod alioqui sonat prioritatem natuitatis. Nam & ideo primogenitum suum appellauit Israelem Dominus, quod præ ceteris omnibus ille populus sanctior, magisque astrictus esse videtur cultui, & legibus diuinis: & qui prior in donis maior in imperio, isibi primogenitura locum vendicare censebatur.*

A 5

tur.

*Amb. li.
1. exam.
cap. 4. se
dul. co. 1.*

2

Exod. 4.

tur. Nam igitur primogenitus dicitur omnis creaturæ : qui & in omnibus Theodor. primatum tenuit : non Coll. 1. quod sororem habeat ipsam & D. creaturam, per quem Tbo. ibi. omnis creata natura sublett. 4. sistit ; sed quia ipse singulariter unigenitus superexcellit omnia, & exacta proprietate suæ originis, & sublimitate propriæ sanctitudinis ; quam iustus rerum estimatur pluris dicit omni dierum, & annorum antiquitate. Quo fit ut iuxta personæ celistudinem, sanctimoniamque sanctius, & operosius in illo agnoscamus Sacerdotium ; ut qui in propria natura sanctus est, vim habeat ex proprio munere sanctificandi homines; iamque de illius plenitudine omnes accipiamus, & gratiam pro gratia. Etenim cum longiorem de sacrificio illius exorsus fuisset Esaias sermonem, huic eximia justitia, sanctimoniamque Pontificis nostri

acceptam fert omnem nostram iustitiam. In scientia sua, (inquiens) iustificabit ipse iustus seruus meus, siue seruos meos multos. Iustus ipse in propria substantia operatoriam habebit iustificandi virtutem in assumpta natura, cum in ea functus fuerit Pontificio suo munere. En tibi quo iure, & ob quam virtutis excellentiam concederet vestrum legis naturæ Sacerdotium Pontificio Christi, vt cederet umbra corpori, & imago in primogenitis efformata comutaretur veritate in filio Dei unigenito. Statim vero, loco primogenitorum successit in ea functione tribus Leuitica: forsitan ducta origine ab eo, quod Moyses, & Aaron, qui erant ex eatribus, eduxerint populum Israeliticum de Ægypto ad immolandum Domino. Qui & primi computantur in Sacerdotibus:

3

tibus: quemadmodum legitimus in Psalmo. Moyses, & Aaron in Sacerdotibus eius: Et Aaron quidem vere in summum Pontificem consecratus est: Moyses autem connumeratur Sacerdotibus, quod quasi caput Sacerdotij haberetur, ad quem pertineret aliorum constitutio, & consecratio: Iussumque est postmodum Leuitis ministrare in altari velut assumptis loco primogenitorum in Israël, sicut habemus in libro Numer. sub his verbis. *Ego tuli Leuitas a filiis Israël pro omni primogenito, quod aperit vulnus in filiis Israël: eruntque Leuitæ mei.* Verum ut Moyses, & Aaron non potuerunt introducere populum in terram Promissionis iuxta id, quod comminatus est Dominus: *Vt iuraui (inquiens) in ira mea, si intribunt in requiem meam.*

Psal. 94. Ita nec legale Sacerdo-

tium potuit homines ad perfectum adducere; & ad veram requiem intromittere; & ubi totum negotium Leviticæ administrationis peragebatur in terrestri, carnali que substantia: non poterat inde perfectio humanae salutis expectari. Ideoque oportuit Sacerdotium aliud donari hominibus correctorium præcedentis: & de cœlis aduenire nouum alium Pontificem: qui abstergeret sordes; elueret scœces: & velut in camino ignis ardantis excoqueret omnem scoriam terrenæ impunitatis. Quod & actum est in Angelo Testamenti nouæ legationis ministero: qui tanquam Sacerdos magnus in templum sanctum Ecclesiæ suæ venisse describitur per Malachiam Prophetam. *Ipse (ait) quasi ignis conflans, & quasi herba fulvum, & sedebit conflans, & eman-*

emundans argentum, & purgabit filios Leui: & contabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. In conflatorio ignis purgandū erat ab illo Sacerdotium impurum; & à terrenis promissionibus vendicatum ad puram, cœlestiumque bonorum vim collatricem prouehendum: idcirco velut ignis conflans, & quasi herba fullonum esse perhibetur: vt quidquid impuritatis incurrerat in Sacerdotium illud vetus ex legalibus, carnalibusque obseruantijs, per nouum detergeretur Pontificem, rededereturq; sacerdotalis ordo, suo nitori, & splendori quasi aurum mundum, aurum quasi argentum à terrea materia, & omni rubigine defœcatum: ita purgabit Angelus Testamenti filios Leui veros plane Testamenti noui ministros; vt & mirabilis huius Pontificij operatione mundati,

offerant Domino sacrificia in iustitia. Innouatum est Sacerdotium in Christo, & in Apostolis, aliquisque dispensatoribus mysteriorum illius, & vestium Sacerdotalium fœces abstersæ sunt, quasi herba fullonum: quia in Sacerdotio Redemptoris, & Ecclesiæ Catholicæ mira quædam resplendet virtus, & magna efficacia, ad peccatorum maculas diluendas; vt non abs re dixisse videaris; quod Angelus hic Testamenti sit verè Angelus ille, qui ad Sacerdotem quondam legalem ita locutus depingitur: Ecce (inquit) abstuli à te iniquitatem tuā, & indui te matatorijs. Nam quod in Iesu Sacerdote magno sordidum fuit, id in IESV nostro mundum, & splendidum apparuit: & iniquitas populi, quam super se gestabat Sacerdos antiquus, nec poterat adducta vera iustitia depellere ab humeris suis; ea in Christo, & per Christū depulsa est.

Esai.53.

2.Cor.5.

5

Zach.3:

humoris suis; ea in Christo, & per Christū depulsa est. Esai ita dicēte. Posuit Dominus in eo iniquitatē omnium nostrum. Nempe verifieret quod paulò post sub insertur; Et iniquitates eorum ipse portabit. Portauit enim illas factus pro nobis peccatum, sicut ait Apostolus, vt eas à nobis per Crucem depelleret, factus est nobis hostia pro peccato: quandiu per legem non constituebantur Sacerdoti nisi homines peccatores, quā diu ministerialis functio Sacerdotum nō potuit exerciare delicta, quæ super se videbantur portare, tamdiu sordida Sacerdotis indumenta esse videbantur. Ideoque ad imperiū Angeli nostri tolluntur vestes immundæ, & mutatur operimentum illius: quia & commutatum est Sacerdotium in Christo, & Christiana Repub. vt veri filii Leui ita offerat sacrificia in iustitia, non ad emundationem carnis, sed ad purificationem in spiritu. Non te latet, vt reor, pulchritudo in signis vestiū Sacerdotialium, aurum & lapidum splendor illistris: quod si adhuc, & illud ignoras audire non pigeat: si nosti, recole quod studio breuitatis ex Ecclesiastico referam tibi: Ita namque de Aaronis ingressu in templum eloquitur illic vir sapiens. Statuit eitementum aeternum, & dedit illi Sacerdotium gentis & beatificavit illum in gloria: & circuncinxit eti zona gloriae: & induit eum stolam gloriae: & coronauit eum in vasis virtutis: circumpedes, & fæmoralia, & humerale posuit ei: & cinctus cum tintinnabulis aureis plurimis in gyro, dare sonitū in incessu suo, auditū facere sonitū in templo in memorā filijs gentis sue. Stolam sanctam auero & hyacintho. & purpura, opus textile, viri sapientis iudicio & veritate praediti: torto cocco opus artificis gemis pretiosis figuratis

*nis in ligatura auri, & cpe-
re lapidarij sculptus in me-
moriā secundum nume-
rum filiorum Israēl: coro-
na aurea super mitram eius
expressa signo sanctitatis,
& gloria honoris, & opus
virtutis, desiderio oculorum
ornata, sic pulchra ante ip-
sum non fuerunt talia vs.
que ad originem. Audisti
quid super nitore, candi-
re, claritate vestium, & or-
natus magnitudine dictum
fuerit ab homine sapiente,
vt nihil amplius vel adjici,
vel desiderari potuerit. Et
tamen si hæc ipsa nuda co-
sideres, obscuritatis, fœ-
ditatisque plena sunt in o-
culis Domini: & quamdiu
sacerdotalis functio à se
non potuit excutere san-
guinem iniquitatis Israē-
lis, pro qua se medium op-
posuit sordida erant vesti-
menta Pontificis, non tam
vitio proprio, quam ma-
culis cruoris alieni. Prop-
terea tollitur ab illo ini-
quitas, & vestes sordidæ
auferri ab eo dicuntur, vt*

*quod in illo impleri non
potuit, in nostro novo sa-
cerdotio impleretur. Et
gloria, quam illa verbo-
ruin periphrasi descrip-
tam audiuimus, in eum
propriè competat, qui
non secundum Aaron, sed
secundum ordinem Mel-
chisedech nuncupatur Sa-
cerdos. Qui licet ad ho-
ram veluti ex aspersione
alieni sanguinis inquinat-
se dicatur vestimenta sua,
~~ex~~ tamen illo in ple-
na expiatione peccato-
rum, apparuit gloriosus in
vestibus suis. Et de quo ip-
sem ita loquitur: *Aper-
sus est sanguis eorum super
vestimenta mea, & om-
nia indumenta mea inqui-
nauit. Sic Angeli sancti
pronuntiant: Iste formo-
sus in stola sua gradiens
in multitudine fortitudi-
nis sua. Quod si hæc ita
se habent recte igitur cor-
rectorem facimus Chri-
stum prioris sacerdotij, vt
illius inopiam suppleat, vt
incommoda resarciat in-**

firma-

6

Ezai. 63

7
firmitatis, & insufficien-
tiæ in illo inuentæ; in quem
sensum accipienda sunt
verba Pauli, sic ad He-
br. 9. scribentis: *Et ideo
noui Testamenti Media-
tor est, vt morte interce-
dente, in redemptionem
earum prævaricationum,
quaæ erant sub priori Te-
stamento, reprobationem
accipiant, qui vocati sunt
æternæ hereditatis. Sup-
plementū defectus, & cor-
rectio imperfectionis il-
lic notata est, vt quod non
potuit lex, efficeret gra-
tia per Christum; quod
medij Sacerdotes inter
Deum, & homines assequi
non valebant, id vnuſ no-
ster Sacerdos, & Media-
tor noui Testamenti ad
effectum perduceret in ve-
ra redemptio, expiatio-
ne que peccatorum. Nec te
offendat correctionis ap-
pellatio: quia non tantum
mala, sed etiam minusper-
fecta corrigi dicuntur. Pue-
ro, qui ad scribendum eru-
ditur, emendantur chara-
cteres interim boni, sed
minus assueti perfectio-
nen exemplaris ipsius: &
in imagine, vel cuiusvis
artis opificio corrigisolet,
quod non exacte peruenit
ad effingendam formam
conceptus, sive Ideæ, quæ
in mente reponitur arti-
ficiis. Et illa quidem sub
priori Testamento bona
erant, infirma tamen, &
impotentia præstandæ sa-
lutis: quocirca & sui cor-
rectionem in Christo ex-
pectasse feruntur, quem-
admodum ibidem Aposto-
lus de illis dixerat in hæc sen-
tentiam: *Iuxta quam mu-
nera & hostia offeruntur,* *Hebr. 9.*
*quaæ non possunt iuxta con-
scientiam perfectum face-
re scripientem, solummodo
in cibis, & in potibus, &
in varijs baptismatibus, &
in istijs carnis, usque ad
tempus correctionis impo-
situm. Correctorem ergo
habuerunt legales ceremo-
niæ, nimis eum, qui cō-
summatum est omnium, in
quo & lex, & Prophetæ im-
pleri**

pleri debuerunt vt videas,
quam necessariè ab vno &
altero Sacerdotio ad hoc
demum deuentum fuerit.
Nam quod attinet ad secre

tiora sacramenta de huius
virtute, & aliorū imbecilli
tate relinquitur posteriori
tractationi, vt iam nunc
cœpta persequamur.

CAPITVLVM III.

Sacerdotis munus proprium. num. 1.

Sacerdotalis functionis energia. ibid.

Sacerdotis proprietates & mores. ibid.

Sacerdotij necessitas in omni statu mundi. num. 2.

Sacerdotij magna potentia. ibid.

Manus diuina tentio quid sit. num. 3.

Aaronis ornatus & gloria. ibid.

Aaronici sacrificij vis. num. 4.

Sacrificium Noë gratissimum. num. 5.

Sacrificij effectus & apparatus in Abraham.
num. 6.

Affectus pro effectu reputatus apud Deum. ibid.

Promissionis magnitudo ad Abraham factæ. nu. 7.

Sacrificio Abrahæ promissus Dei filius. ibid.

Incarnatio Verbi supra omne meritum & vim sa-
crificij. num. 8.

H A fuit vnica ne-
cessitas, ea mag-
næ utilitatis ratio
in Sacerdotio instituendo,
nimirum vt præsto essent
genti peccatrici coadiuto-
res

res propriæ salutis patro-
ni, & aduocati velut asciti
in ministerium a sequendæ
propitiationis Dei. Id e-
nim proprium est sacer-
dotalis munera, vt se quasi
murum opponant effusæ
vindictæ, placabilemque
reddant benignitatem Dei
populo peccatori. Vere-
tur ille appropinquare tan-
tæ sanctitudini : excelsæ
Maiestatis oculos reuere-
tur in timore, & tremore,
seipsum indignum repu-
cans, qui exaudiatur, aut
respiciatur à Domino.
Quid ergo reliquum hu-
manæ infirmitati, vt illius
sibi gratiam conciliet, vt
à ceruicibus suis pondus
excutiatur diuinæ indigna-
tionis ? ideo sane Media-
tores exquirit sibi collecta
populi multitudo, & auxi-
lijs delecti Sacerdotis ini-
nititur, per quæ preces, &
dona exhibeantur oculis
Domini cum fiducia con-
sequendæ gratiæ ; idque
non tam ex meritis, & san-
ctimonia offerentis, vt sin-

gularis persona, quæcumq[ue] ex
propriæ functionis ener-
gia. Hæc autem esse mu-
nia Pontificia dignitatis,
has partes esse ministerij
sacerdotalis, edocuit nos
Apostolus scribens He-
bræis, in hunc modum: *Hebr. 5. 1*
Omnis Pontifex ex homini
bus assumptus, pro homi-
nibus constitutus in ihs,
quaesunt ad Deum, vt of-
ferat dona, & sacrificia
propeccatis. Assumitur ex
hominibus quasi adeps de
carne sublatus, vt in pin-
guedine spiritus reddat
omnipotenti Deo vota, &
victimas suas. Assumitur
quasi ab aliorum moribus,
& cōuersatione discretus,
vt eorum causas agat apud
iudicem sempiternum, vt
incunctanter accedat ad
illius tribunal, pertracta-
turus negotiatotius multi-
tudinis. Pro hominibus
constituitur, quasi perso-
nam eorum gerens: & di-
uinis mysterijs addictus
profitetur se à communi-
sorte, conditionique pro-

B mis-

Orig. Leuit. hom. miscui vulgi alienum repudari, ut soli Deo vacet. In ijs(ait)quæ sunt ad Deum: 6. *Hiero.* quia non frustra Sacerdos de ueste magnus cidarim gestat in Sacerd. capite, Dei nomen portat *Hesych.* in fronte, ut noueris huic *Leuit. 8.* negotio totum consecrari, & mancipari Sacerdotem; nempe ut in ijs, quæ Dei sunt perpetua versetur. Sane ut priores preces pro populo funderentur, ut exhibitæ oblationes acceptabiles fierent in cōspectu Dei nostri, deligo oportuit paucos ex multis, qui ab instituto, & moribus aliorum longè, latèque distare videantur. Nam & tales voluit esse Dñs, eos vel maximè, qui noui Testamēti ministerium accepturi

Leuit. 21. erant: vt nō inquinarentur super mortuo, iuxta vetus præceptum illius, & super patre, aut in arte nō polluerentur: quasi ab ijs etiā, qui multa necessitudine videtur eis esse copulati, disiungidebeant cōsortio, & viuendiratione, valde inter-

erat hominum fragiliū, qui subinde prolabuntur, & cōcidunt habere per quos fulcirentur, & suscitarentur à ruina, quiprecibus, hostijs, que impetrarent lapsis veniam, peccatoribus gratiā, tentatis robor fortitudinis, moestis solatium, in luto, cōenoque propriæ miseriæ iacentibus leuamen, & efficiacia remedia. Quid enim causæ putas, quod tanta solicitudine id curarit Altissimus, ut omnibus sacerulis, in omni regione orbis terrarum, Provincijs, Ciuitatibusq; aut per semetipsum, aut media hominū electio ne designaret Sacerdotes, nisi ut haberet pro se mundus, qui diuino fruori obuiam irent, & rigorem iudicij multa facerent benignitate cōmutari? Hæc etenim potentia est honoris sacerdotalis, hæc vis est Pōtificiæ dignitatis, ut manū Dei extenta teneat, & detineat ab ultione. Quod in Moysi quasi fonte Leuitici Sacerdotij monstratum

Exo. 32: est:

est: cui velut opponenti se indignationi diuinæ, ita di- cū est: *Dimitte me, ut irascatur furor meus cōtra eos.* Quasi verò vim quamdam inferre videretur ei, qui vim pati non potest, quasi dexteram illius cohiberet Moyses ab inferendo supplicio: sic Dominus se dimitti postulat; *ut irascatur (inquiens) furor meus.* Ut effervescat in effusa vindicta. Conquestus est olim Propheta eximius, quod neminem inueniret usque adeo fortem, ac potentem viribus, ut Dei manum posset cohibere ab ultione inferenda. Enarratis namque proprijs miserijs, & populi iniquitatibus, in hæc verba: *Cecidimus quasi folium*

Ezai. 64. *Vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos.* Veluti deploratū malum depingitur posteriori sermone: *Non est (inquit) qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & tenet te.* Ipsamet inuocatio Sacerdotis, & lachrymalis

postulatio in reddendis ho lijs Domino Maiestatiis ipsa est tentio manus iā extentæ ne progrediantur ad exequandam animaduersionem delicti. In quantam autem populi perniciē euadat hic defectus potentiae, virtutisque in hominibus ad Dei manum continendā ab ultione declarat ipse met Esai, dicens: *Abscondisti faciem tuam a nobis: & allisisti nos in manu ini quitatis nostræ.* Hoc nimis rū quod tam in rem videbatur esse cūctorū mortalium, ut haberet in terris, qui anterioriter irā Dñi ne in illos effundatur, hoc nobis præstitit bonitas sépiterna in delegādis mūdovarijs Sacerdotib⁹. Sane ut intuearis apertius, quid & quantū cōferat nobis, & victimā ritus, & suictio sacerdotalis cōstituta in pupulis; cōiice oculos ad primū illum, & summū Leuitici generis Sacerdotem Aarōn: qui & typum gerebat excellētioris nostri Sacerdotij. Intuere

B 2 homi-

hominem præcipuis ornatum vestibus, quæ auro, gêmis, lapidibus pretiosis, erat contextæ, cum alijs de quibus hoc loco non est persingula nobis dicendum, ut sic ingrediens tempulum, & penetrans usque ad Sanctasanctorum pia vota populi offerret in cōspectu Dei sui. Ille suis sacrificijs scuicrem irā Dñi conabantur extinguere, & propitiationem illius impetrare festinabat. Si quid imminueret periculi, si qua calamitas incidisset, si fames oborta uergeret populum, si pestis deuastaret prouincias, si cœli quasi ænei effici pluias apud se continebat, si hosti isti ueretur impetus, ad unum accurrebat Antistitem: & per ipsum, deprecati homines Deum merebantur exaudiiri: fugabantur è regionibus hostes orante Sacerdote: descendebat de cœlis imber cum multa uertate irrigans faciem terræ: eruca, bruceus, locusta veluti

cōterrita ad vocem immensantis Pontificis in extermiū abibat. Omnia cedebant terribili, atque mirabilis sacri Pontificatus potestati. Vnum pro instituto nostrorei gestæ proferaimus exemplum, quo fiat evidentior mira potentia Sacerdotis in cohibenda manu Domini ab effusione vindictæ. Neminem latet ea historia, cuius mentio facta est in Numeris: ubi nouum quoddam enarratur supplicium filiorum Israël ob multam rebellionem aduersus Moysem & Aaron. Mirum enim erat spectaculum efferuentis iræ in viros peccatores, quos terra de hiscens absorbit, & in alios, quos ignis à Domino egredies in motu consumpsit. Iamque in totam illam multitudinem grassabatur incendiu, quod cuncta deuoraret nisi diuina prouidentia illis maius quoddam remedium adhibuisset. Et ita quidem oportebat schismata puni-

Num. 16

xi

Ignat. rī, ut in exemplum relinquit Epist. ad querentur posterioribus Magneſfan. Cypris, quo seditiones, cōſpiſionis, iurationesque compescantur, q̄ibus dimicatur consilium. lib. 6. traduces, magistrosque populorum, & contra sanctos laſ. Pontifices à Domino constitutos. Res planè lugubris & valde miserāda. Subito cōspexisse vastata in cēdio quatuordecim millia hominū cum alijs septingētis. Iamq; ad reliquā turbā populi flamma vorax sese protendebat, propemodū consumptura gentē contumacē. Et quid ageret plebs inualida, ubi & Deum sibi iratus conspiceret, & neminem in terris inueniret adiutorē? Habuit autē ex diuina dispensatione sibi præsto auxiliū summi Sacerdotis, qui populi cladem ingentē miseratus, & imminens totius gentis exitium pertimescens se mediū opponere, thuribuloque arrepto Thymiam a odoris suauissimi offerret Domino, ut iumentū flamarū potenti co-

hiberet virtute. Sic enim habet Scriptura. *Dixit Moyses ad Aaron: tolle thuribulum, & baſto igne de altari iuxta incēsum super pergens cito ad populā, ut roges process: iā enim egressa est ira à Domino, & plaga deflexit. Quod (inquit) cū fecisset Aarō, & cucurisset ad medium multititudinē, quā tā vastabat incendium, obtulit Thymiam & stans inter mortuos, ac uiuentes propopulo deprecatus est & plaga cessauit. Nonne vides quantū afferat cōmoditatis Sacerdos unus, & quanti apud Deū momenti sit deprecatio illius, & sedula oblatio? alioqui respice ad anteriores tempora: deprehēdes quem ita se habere, quod maxima quæque beneficia totius orbis collata fuerint medijs illorū Sacrificijs. *Vt de arcu (ait Sapiēs)*, & benedic eum qui fecit illum: valde speciosus est in splendorē suo. Ego verò illic nō tam pulchritudinem condi-*

B 3 toris

S

Ecc. 43:

toris intueor, quam gratia, benignitasque illius cōtē plor in fideiūsione, pollicitationeque firma collata mundo sub signo Iridis in nubibus constituti, tantū etenim valuit apud Dominum odoris sacrificij, quod oblatum est à Noe cū egredetur de arca, ut quasi recreatus ipse Dominus suauitate hostiæ illius pactum statuerit sempiternū; quod non ultra imposterum perditurus esset omnem terrā inundatione diluuij. *Odoris*, (ait) *Dominus odorem suauitatis* & ait ad eum: nequaquam ultra maledicam terram propter hominem, & rursus. *Arca mea ponam in nubibus*: & erit signum fæderis inter me, & inter terram, cumq; obduxero cælum nubibus: & recordaber fæderis mei voluntatum & cum omni ari- ma viuente, qua carnem vegetat; & non erant ultra aquæ diluuij ad delendam universam carnem. Si admiraris & merito, quæ magna tibi fuisse videbuntur in

asserta incolumentate orbis ad odorē vnius sacrificij, obsecro te ut patiēter me audias maiora quædam tibi proponentē. Quātu putas apud Dominum valuisse, quod olim præparauerat holocaustū de filio suo magna ille credetiū pater; & Abraham appellatus? Etenim quod ille iamiam efficiendū decreuerat; non minorē promeruit mercedē, quam si fuisset executioni mandatum. Deus enim nō tam rei effectum pensat, quā voluntatis effectum. Quinimo & ille pro facto reputat, quod animo consti- tueris esse faciendū; quod & insinuatū est verbis ipsius: *Quia fecisti* (ait) *cena 22.* *banc*, & non pepercisti vni genito filio tuo. Fecisse itaque dicitur quod iam ab ipso destinatum fuerat; & non pepercisse vitæ vnigeniti sui, qui firmo decreto statuerat eum occisum reddere conditoris suo. Contemplare autem quantum habuerit momenti apud Dominum maiestatis hic affe-

ctus,

6

Genes.

D. Tho.
3. p. q. 47
art. 2.
Rom. 5.
lett. 2. &
5.

Rom. 4.

ctus, & apparatus sacrificij quod sibi iā redditū existimat. *Mauit* & *equus* omnium estimator. *Quia fecisti* (ait) *re-hanc* & non pepercisti vni genito filio tuo benedicam tibi, & multiplicabo semē tuum sicut stellæ cœli, & sicut arenā, quæ est in litora maris: possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum? Si melior est obediētia, quā victima profecto manus obedientiæ detulerit, & obtulerit Domino. Ideoque prodigiose obedientiæ in proprio filio immolando responderet merces, & merces multa nimis longæ & posteritatis: neq; vero secundum carnem tam, sed etiam secundum successionē veræ fidei in Iudeis, & Gentibus. Sic enim de illo pronunciauit *Virobediens loquetur* *Pron. 21. Etorias*. Forte autē & hæc, quæ hominem magni faciunt, tu leuiora esse dixeris, & minora, quām vt in eis nō ram facere debeamus. Fatoe quidem illa non esse contemnenda, sed tam longe minoracensi

B 4 eo

eo quod in fine pollicitationis habemus exaratum. Audi enim gratiam, audi miseracionem ineffabilem pro omniā huic affectui, seu faciūsicio Abrahæ: *Et in semine (inquit) tuo bene dicentur omnes gentes.* Ex ipsius propagine promittitur nascitus Sanctus Sacerdotum, per quem iustitia, & pax cœlis, terrisq; redonda foret, per quē ubertas diuinorum munerum effundenda erat in orbem vniuersum, & aeternæ salutis benedictio donanda misericordiis hominibus. Ita nobis interpretatus est eum locū Paulus, vbi de semine Abrahæ sermo factus est. *Abrahæ (inquit) dictæ sunt promissiones, & semini eius, non dicit in seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo, qui est Christus.* Fidele profectò interpretamentum Apostoli, cui nemo refragari queat: fidelis est & qui promisit, ut nemo diffidat ei, qui benedictionem habere-

ditatis aeternæ impendendam esse hominibus pollicetur in vnigenito suo; nomine diuinæ gratiæ munus immensum declaratū est tibi, in eo quod dictum est: *In semine tuo benedicentur omnes gentes?* Ita nimur ego censeo, vbi pro vnigenito Abrahæ vnigenitus Dei promittitur ei nascitus ad benedictionem gentium, & pro sacrificio perficiendo in Isaac promissa est sublimior quædam vicitima Christi immolandi in Cruce, vnde fons omnium benedictionum refusus est in vniuersum orbē. Et hæc quidem supra omnem meritum humani Sacerdotij; supra omnē vim impetratoriam sacrificij esse conspicuntur. Verum id magis commendat amplitudinem sacerdotalis eminentie, quod ad ea ipsa extendatur, vel impetranda, vel quoquis modo assequenda, quæ superiora sunt meritis, ac votis supplicantia Pontificum.

CA-

CAPITVLVM III.

Christus Sacerdos secundum quod homo. num. 1.
Sacrificij virtus ex diuinitate ortum habet. ibid.
Sacerdotij, & legis veteris infirmitas. num. 2.
Sacerdotij noui maxima necessitas. ibid.
Sacerdotij Christi plena virtus. num. 3.

I

GVM ad maiora quædam de nostro Pôtifice disserenda oratio contendat paucis exemplis, & necessitatatem, & utilitatem sacerdotalis, & Pontificiæ dignitatis ostendimus; ut & illuc tenuem quandam contempleri imaginem sacerdotij, quod Christo attributum est in verbis cantici huius, vbi Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech nunquam cœptus est. Vbi & ratio, seu origo sacerdotij in Christo, & excellentia Pôtificiæ celitudinis, quæ illi competit explicanda erit nobis, ut deinceps veniamus ad iuramat aeternitatem sacerdotij, & ad for-

mam, ritumq; illius, quod esse prohibetur secundum ordinem Melchisedech. Si quæris, o vir Catholice, rationem, & radicem sacerdotij in Christo ea est assumpta humanitas, ut Verbum caro, Deus homo, dicatur esse sacerdos; ut & ipse iuxta verbū Apóstoli ex hominibus constitutus, pro hominibus constitutus, in his, quæ sunt ad Deum. Rectè nāq; Deus esse debuit, qui vim adiiceret in eluctabilē pretio redēptionis, & oblato sacrificio: ut autē haberet vnde sacerdos diceretur, & vnde offerret Patri victimā acceptabilem, hominē illum esse oportuit quo sic omnium hominū expiat peccata. Nā

Hebr. 5:

B 5 &

& ut idem Apostolus exprimeret nobis originale principium sacerdotij in Christo, Deum è regione statuit contra hominis aperationem, ut unus Deus sit, cui offertur mediatoris sacrificium; homo autem, qui & sacerdotis, & mediatis fungitur officio. *Vnus (inquit) est Deus & unus mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus.* Formalis est sermo, idemque notatus in verbo: *Homo Christus Iesus.* Ut ab humanitatis substantia initium trahat coassumpti honoris Potificij: quod & amplius explicatum fecit posterioribus verbis, quibus ita dicit. *Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus.* Ut enim ab eodem principio agnosceres duci mediatoris originem, & facultatem reddendi sacrificij, prius Christum hominem nobis mediatorem depinxit, quod erat sacerdotalis muneris: deinceps autem propitiatorem fecit in san-

guine ipsius, quem dixit esse hostiam pro peccato. Ipsum fecit esse Pontificem, & sacrificium pro peccato, ut Deum illic & hominem agnoscas. In homine quidem attendis premium, quod reddatur Patri pro debitis generis humani; in Deo autem contemplaris virtutem & efficaciam, quam præstat oblatio sacrificio. Vnde & nobis ianua aperta est ad explicandam excellentiam nostri sacerdotis, & sacerdotij ipsius. Etenim ut modo cōprobauimus, siue in negotijs, siue in rebus spiritu libo maiora quædā gesta suis se cōstat; & magna Dei nostri munera cōparata ministerio sacerdotū in viroq; statu, nēpe legis natura, ac veteris Testamenti. Quāuis enim oblatores hostiarū esent homines sive qui peccatores, & infirmitate circumdati, ut alij ē media plebe; quia tamen erāt ministri à Deo cōstituti, donatiq; in mediatores populi exaudie-

2

diebantur interim, non proprijs meritis, sed ex fide protestata in ipsis oblationibus. Illud tamen hoc loco adnotandum esse duxi, nempe siue in antiquo Sacerdotio, siue in qui busiis hostijs ante Redemptoris aduentum oblatis nullam assuisse virtutem expiandi crimina conferendæ gratiæ, ac veræ iustitiae. Ab initio sæculi usque ad hæc gratiæ tempora nullus fuit in terris Sacerdos, qui per semetipsum reconciliare posset homines Dæ: nulla plane fuerat hæc tenus victimæ nullum efficax sacrificium, quo aboleri posset chirigraphum decreti, adversarium nobis ad iudicium damnationis æternæ. Si qua verò ex victimis, & holocaustis virilitas proueniebat hominibus id gratiæ unius Redemptoris depositandum est, & hostiæ offerendæ in Cruce, in quam homines intendebant per fidem: omnia ilia excludit Apostolus; hoc Gal. 5. vnum astruit quasi efficax ad salutem. Neque circumcisio (inquiens) aliquid vallet, neque præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur. Verū ad hæc quæ interim super eo arguendo videbimus oportuisse, quia si post liminio reuertemur ut ex integro repetamus, quæ ad comprobadum inefficacia pertinent, utriusque, nimisrum legis, Sacerdotij, & hostiarum veterū. Illud vnum hoc Joco faciamus cōstabilitum, quod ad assertandam excellentiam noui huius Sacerdotij spectabat. Si enim vetus Testamentum infirmum, si Sacerdotium illud non potuit expiare peccata: si iuxta sententiam nostri Apostoli fuit impossibile sanguine hircorum, vitulorum, taurorumque peccata deleri: si quod in contextu orationis id ē ipse ait, lex illa non valuit instaurare Sacerdotes, nisi insipientem habentes, implitos

citusque nexibus criminum suorum? Quid rogo congruentius, quid magis neceſſariū, quām vt nouus Sacerdos ab illis omnino discretus exurgat, nouus exhibeat mūdo Medicor, noui hostia nouo imponatur altari ad præstādā hominibus æternā salutē? & quis ille nisi is, de quo Psaltes Regius eloquitur dicens. *Iuravit Dns & non parnibet eū; tu es Sacerdos in aeternū?* Quis alius præter eū, de quo Propheta nostre sermonē orditur prædicans de ipso magnifica, quod ad dexteram sedeat, suppositurus inimicos in scabellum pedum suorum? Is unus est unigenitus Dei Verbum caro, ex utero ante Luciferum genitus, vt qui habet in natura hominis æternum Sacerdotium possit ex virtute diuinitatis, firma efficere pacis fœderā inter homines & Deum; sic enim pretium oblatæ rei foret immensum, & valor effundendi

sanguinis haberet infinitam expiandi virtutem. Hæc fuit causa ob quam nouus Sacerdos consurge-re debuit, nō mpe vt antiqui Sacerdotij & veterum victimarum inefficaciam, defelūque sarciret via sua ineffabili; quæ ratio redditur ab Apostolo, i mo & à Redemptore ipso locuente per Apostolum. Postquā enim dictum fuerat esse impossibile, quod sanguine taurorum, aut hi corum auferrentur peccata continuo inferuntur hæc ex Psalmo trigesimo nono. Ideo ingrediens in *Psalm. 39.* mundum dicit: *hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi.* *Holocausta,* & pro peccato non tibi placuerunt, tunc dixi, ecce venio. Verba sunt summi nostri Pontificis, cuius hostia sanctificamur, & ablui-mur a peccatis. Non tibi, ait, placere potuerunt, o pater, carnalia illa sacrificia offerri solita per manus

manus hominum. Neque crassa illa holocausta arietum, agnorūmve fuerunt efficacia ad conciliandam gratiam, & auertendam iram in genus humanum conceptam. Quid ergo vi-debatur reliquū, nisi vt nouum in me conderetur Sacerdotium: quod assumēdæ humanitati coætaneum foret. Idcirco ea fuit tui prouidentia consilij, vt nouum in me conderes Pontificium, longo distans ab alijs interuallo, cuius oblatione non posset non maximè placere tibi; ideo carnē aptasti mihi de qua tibi offerrem hostiam placabile ad stabiliendam pacem, ad peccata omnia, quod in me ipso fuit, penitus diluenda. *Tunc dixi: ecce venio.* Id mihi occasionem præbuit veniendi in carne: idcirco nouus Sacerdos nouā hostiā immolatus adueni-

CAPITVLVM V.

Sacerdotij Christi summa perfectio. num. 1.

Christus origo est omnis Sacerdotij. ibid.

Omnis benedictio ex Sacerdotio Christi deriuatur. ibidem.

Potestas excellentiae in Christo. num. 2.

Christus auctor, & oblator sacrificij in Ecclesia. ibi.

Eucharistia & sacramentum est sacrificium. ibid.

Mediatoris excellentia in Christo. num. 3.

Mediator Christus ex assumpta natura. ibid.

I PSE unus est Sacerdos, cui subserviebat figuræ omnes veteris Testamēti: ipse unus fuit, in quo plenè resplenduit auris species, gemmarum

marum, lapidum, ac totius Aaronici ornamenti fulgor eximius, ut nihil illic præter vestigium quoddam diuinæ huius perfectionis liceat intueri. Ipse est summus Antistes, apud quem velut vniuersale principium reperta sit omnis plenitudo, amplitudoque dignitatis Sacerdotalis. Si quid in antiquis Sacerdotibus esse videbatur Sanctimoniaz; si quam in illis vocationem, aut consecrationem communi scimus, ab uno est diuino Pontifice: qui & veterum hostiarum finis est, & noui Testamenti principiu; vt & ministris illius longe maiorem sanctificationem adduceret.

bium quin es Sacerdotium illius origo sit totius benedictionis collatæ vniuersitati Sacerdotum. Si enim, *Heb. 7.* teste Apostolo, absque vlla contradictione minus à maiore benedicitur: profecto si quid olim mirabile aut in vetustis Sacerdotibus, aut in Leuiticis esse videbatur, aut in eorum oblationibus ad iram Domini auertendam, & conciliandam gratiam illius, id omne vni benedictioni sancti nostri Pontificis acceptum ferri oportuit: quia & omnis propitiatio, & gratia ab illo uno Sacerdotio, & sacrificio habere ortum agnoscitur tenet arcem Pontificiae celsitudinis, hic unus Sacerdos, quod non tantum ut alij, fuerit minister in Sacramentis, & ritu offerendi sacrificij, verum etiam ex potestate, quam appellamus excellētiaz sit vere autor, institutorq; sacramentorū nouæ legis: atq; itidem unius in signis hostiæ: quibus & prestat

2

stat virtutem & veram sanctificandi efficaciam. His accedit & materia, & forma reddendi sacrificij, ut omni ex parte absoluta in illo Sacerdotij perfectione attendas. Nā & ille supremā & consummatricē omnium hostiam obtulit in Cruce, ipsamque in altari offerendam reliquit ministris noui Testamenti: ut etiam hic locum habere deprehendas, quod in forma consecrandi corpus & sanguinem Dominilegimus ab ipso pronuntiatum in hæc verba. *Luc. 22.* Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hic calix, qui pro vobis funditur. Dari enim & effundi etiam ad quotidiana celebrationē, participationemque huius mysterij pertinere censetur. Parum autem dixi cum Christum autorem feci huius unici sacrificij: quia & ipsem per perpetuū est oblatori illius: & quod per corpus Ecclesiæ fieri constituit, ipse qui caput est principalem illius admini-

strationem vendicat habibi, ut idem, quod semel est oblatum offerri nunc deum agnoscas in Ecclesia, & sanguinem semel effusum, nunc denuo fundi perpendas in vesus vniuersorum fidelium. Etenim ipsem Christus hostia, & oblatio. Sacerdos, & sacrificium: qui cum semel cruentam hostiam immolauerit, se ipsum nunc deum repetitis actionibus eandem ipsam offersit in cruenteram in altari. Quidquid submurmurent Hæretici. Hinc namque aduersus Apostolicam, & perpetuam traditionem Ecclesiæ Catholicæ denegant huic sacramento veritatem sacrificij: atque adeò Sacerdotium nouæ legis sola voce cōfidentur. Verū de his aliis copiosius: ut iam nunc ad alia veniamus. Nos profecto vnum agnoscimus in *Jes. 22. c.* coelis summū Sacerdotem, *1. & 2. Can. 1. Jes. 23. c.* qui omnia veteris legis sacrificia in vnum resoluti *1. con.*

3

consummatum quidem in Cruce, sed adhuc in tota Eccllesia semper conseruatū, & retentum, qui veros Sacerdotes creat dispensatores misteriorum suorum, ut offerant sacrificia in iustitia, qui claves regni cœlestis eis tradit, ut habeant veram ligandi, soluendi que potestatē secundū gradus & ordines suos, quos distinxit in hac ecclesiastica Hierarchia: nempe simplicium Sacerdotum, Episcoporum, & supremi interris Pontificis Romani Episcopi: qui etiam immediatus est Vicarius Christi. Et hæc quidem generatim dicta fuerint, de amplitudine Sacerdotij huius, quod attribuimus Christo; ut iam ex proprijs Sacerdotalis functionis partibus eam ipsam excellētiam cruere tentemus. Audit̄ iam ex Apostolo id propriū esse munus Sacerdotis ut se medium exhibeat inter homines & Deum: quia qui pro hominibus constituitur in

ijs, quæ ad Deum sunt id agit proprio ministerio, vt eum reddat propitiū hominibus. Et quis rogo exactā sibi mediatoris rationē arrogare queat: quam vni Re dēpriori nostro detulit Apo stolus dicens: *Vnus est me diator Dei, & hominū Christus Iesus?* Singulariter ei deputatum est mediationis officium: quia quod medijs proprietatem habet, complectitur in seipso, & connectit extrema duo, ut sibi inuicē cohærere possint. Hoc autem soli nostro cōgruit Sacerdoti secundum p: D. Tb. 3: 1. 26.

naturā hominis habuit me rendi & satisfaciendi principium: quia pretium, &

mag

OEcum. materia redēptionis in 1. Tim. 4 depetita est. In hoc ipso mediatorem agnoscimus Christum Iesum, qui cum alioqui Deus esset habuit ex assumptione carnē, vnde pati posset, ut pars eam reconciliaret nos Deo. Quod & nobis manifestius effecit idem Apostolus, ita scribens ad Epheſ. 2. *Ipse est pax nostra, qui fecit vitraque vnum, & medium parietem maceræ soluens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, ut duos condat in semetipso in vnum hominem, faciens pacem, & reconciliat ambos in vno corpore, Deo per Crucem interficiens inimicitias in semetipso, & veniens euangelizauit pacem vobis, qui longe fuisse, & pacem ijs, qui prope: quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad Patrem. Quid apertius, quid evidentius obijci potuit, oculis nostris? ille pax nostra, & mediator noster per carnem assumptionam: & dum in se complectitur quod Dei est, & hominis, hominem Deo facile in semetipso conciliat, ut quod in capite copulatum est, non diuidatur in corpore, ac membris illius. Id ergo effecit hostia Redemptoris, ut soluta inimicitarum materia, omnia fint vnum: Quoniam per ipsum (ait) habemus accessum in uno spiritu ad Patrem. Vnus spiritus vnum esse facit, quæ à se inuicem discreta erant; & qui pax nostra est conciliatrix omnium, nos in vnum conuenire facit,* . (?:)

C

CA:

CAPITVLVM VI.

*Christus per seipsum accedit ad Patrem. num. 1.
Sacerdotum obex ne per seipso accedat sine medio. ibi.
Sacerdotis noui excellentia. num. 2.
Christi accessus ad Deum unde ineluctabilis. nu. 3.
Fiduciu hominum de Sacerdotio Christi. num. 4.*

IM verò & aliud sese prodit in hac parte ad commendationem sacerdotalis eminentiae pertinentis ad Christū, vbi enim per illā patere nobis aditus dicitur ad ipsum Patrem, hoc ipso insinuatū est quod ille per semet ipsum, & absq; vlo medio seu mediatore ad Patrem accedat supplicatus pro nobis: & hoc quidē cōmune videbatur Sacerdotibus vniuersis, vt ad Deum accedant ad patrocinādū causis mortaliū; quod si media tores exquirunt homines, qui Dei gratia pro ipsis efflagitent: quis eque negotia illorū pertractabit apud Patrem, vt Dei Filius singulariter effectus per carnē me;

diator? Etenim, qui obice nostrorū criminū præpediti accedere formidamus ad Deum, id per alios, quibus ad ipsum pateat aditus esse qui cōtēdimus, quod ex nostris meritis nō poteramus. Quis autē internatos mulierū perfectā sanctimoniam vendicabit, vt nexibus peccatorū expeditus appareat sine formidine vultui Dei, supplex effectus pro negotijs cæterorū mortalium? Huic vni celi singulari noīæ legis P̄tifici ob insignē eius puritatē attribuit nostri Apostolus quod per semet ipsum accedat ad Deum: quia nec alterius adminiculis ad hoc ipsum indiget, vt per illum offerat preces, votaque sua. Neq; extranea hostia illi

Heb.7.

illi op' est præter se ipsum, cuius obtentu donetur ei auditus à patre. *Vnde (inquit) salvare imperpetuā potest, accedēs per semetipsum ad Deum.* Cōmune impedimentū aliorū, quoniam minus intrepide ac sine medio ap. p̄ pinquē Dño aſignatū est verbis cōsequētibus, & denegatū Dei filio Sacerdoti magno in hæc verba. *Qui nō habet necessitatē quotidie quemadmodū Sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde populi.* Alij obtēdūt hostias, præmittunt sacrificia, oblationesque, vt primum pro expiatione suorum delictorum exaudiatur; deinde vero ad implorandā pro alijs Dei misericordiam aperiatur eis ianua. Vnus Dei, & hominis Filius, cui iuratū est Sacerdotiū æternū sine medio, per semetipsum ingreditur sancta, & vsq; ad sanctuarium Dei admittitur, nō habens vnde patiatur repulsam, nullū in se personiens obstaculum, vt exau-

Capitulum sextum.

35

diantur preces effusæ aop so in conspectu Patri sui. Ille solus inter Sacerdotes à Deo, & ab hominibus institutos absque vlla peccati labe inuentus est, vt & absq; vlla formidine ingrediatur asyllum propitiationis illius. in eumq; singulariter competit, quod de sanctis Pontificibus canere cōsuevit Ecclesiast. *Ecce (inquiens) Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuenitus est iustus & in tempore iracundiae factus est reconciliatio.* Vere magnus Sacerdos qui solus per propriā naturā iustus ex ipsamē sempiterna iustitia vēdicat sibi, vt in Pontificia dignitate assumpta fiat nobis propitiatio, & redemptio, propulsans iram, gratiam concilians, pacis foedera constabiliens vsq; in sempiternum. Nam & in tempore iracundiae factus est reconciliatio. Cum effervesceret ira, & in extremum iamiam deuolueremur supplicium, factus

C 2 est

Sap. 7.

est ille nobis reconciliatio, interficiens per Crucem inimicitias in semetipso. Et quid mirum si magnum esse dicamus Sacerdotem, & magnifice segerat in administratione proprij munieris, qui & perfectus est in diuinitatis substantia, & supereminenter iustus in assumpta humanitatis natura? Si diuini Verbi natura spectes, ita de illo pronuntiat sapiens: *Cādore est enim lucis aeternae speculum sine macula Dei maiestatis, et imago bonitatis illius.* Et ita quidem non accedit Verbum ad Patrem: quia semper est in Patre, & Pater in ipso est: si splendor a Sole diuelli potest, si mentale speculu, & viuens imago a prototypo principio, vnde totum suum esse habent, separari queunt: & Filius a Patre, & aeternus conceptus ab intellectu aeterno disiungetur. Imo vero etsi haec, quae in terris in diuiduo nexus copulari videtur subiectis suis, ab illis

separentur Verbum Dei ab eo, cuius est Verbum manet inseparabile: vnde igitur accessum ineluctabile in nostro Sacerdote meditatur, si non habet inde ut accedat, sed ut maneat in Patre? Sane quidem natura splendoris ei praestat, quod nullas fardes humanæ impuritatis in illum possint incurire. Est enim splendor gloriæ, candor aeternæ lucis, ut expertem agnoscas totius maculæ, quam posset contrahere. Hinc autem Dei Verbum dignitatē præstat sacerdotio coassumpto: ut homo Deus accedat per semetipsum in confidentia irrefragabili propitiationis obtinendæ. Etsi Verbum in propria substantia, nec habuit vnde supplicaret Patri; nec vnde ad illum accurreret cum oblatione sacrificij: certe Verbum caro, & offerendi facultatem habet, & solida imprecationis virtute, fiduciaque non destituitur. Quid enim vereatur accedere in

caro

3

carnatum Verbum ad Patrem, vbi Filius non minor est Pater? aut quid dubitet de oblationis efficacia, vbi & qui petit non minoris est potestia ad conferendum, quam meriti & dignitatis ad impetrandum, quod petitur? Ia verò si Christū ex ea contemplaris forma, secundum quā homo esse cœpit in tempore ab utero prodijt plenus gratiæ & veritatis: ut & nulla in ipso peccati originalis macula sit reperta. Quid ergo tripidaret incarnationis Verbum accedere ad Patrem, vbi ex divina & humana substantia nihil sibi adesse conspicit. Vnde illius conspectus formidet? Ipse est dilectionis Filius, ut appellatur ab Apostolo: & cui testimoniū exinx sanctitatis perhibet Pater dicens:

Coloss. 1.

Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Quid non confidenter adeat thronum gratiæ illius, qui præter naturam diuinitatis mundiciem, nihil adhuc in natura suscepit personam?

4

C 3 C A

CAPITVLVM VII.

Sanctitas propria noui Sacerdotis. num. 1.

Super humerale obedientia Charitatis. ibidem.

Nomen Dei in fronte Sacerdotis. num. 2.

Cores des vita. ibid. Lex [¶] mandata in corde Christi. ibid.

Psalmi primi intellectus de Christo. ibid.

Legis consecratio propria Christo. num. 3.

Generatio spiritualis per Christum. ibidem.

Seminis longauitas. num 4. Doctrina, [¶] veritas, tintinnabula. num. 4.

I
Heb. 7.

Orig. in
Exo. 29.

ALT^s, Inquit -Apost. decebat ^{vt nobis esset Potu} omnia, que agebat, illius ^{Levit. 8:} gloriā exquirens ubique. Cuius legatione fungebatur in terris. Quomodo nō Deo Sanctus, non innocēs proximis, & fratribus suis, qui ut omnibus benefacere perficeretq; Redēptionē totū orbe terrarum, in obedientia Charitatis peregit totū negotiū vitæ mortalīs, donec sua potiretur plenitudine opus ab ipso inchoatum? Nam ideo super humerale portat in se-

met;

Capitulum septimum.

39

Rup. lib. metipso Pontis ex noster,
4. in E. vt se Patri obedientē pro-
xod. 23. fitetur in officio humanæ
reparationis perficiendo.

Psal. 39. *In capite (inquit) libri scrip-
tum est de me; vt facerem
voluntatem tuam: Deus
meus vo^ui. In libro vita, in
capite voluminis, vbi se-
ries omnium electorū di-
gesta est, de me vnigenito
Verbo, ita præfinitum, ac
præordinatum agnosco, vt
suo tempore voluntatem
tuam impleam ad peragē,
dum opus humanæ salutis.
Iamq; in carne assumpta
libenter amplector, quod
iniunctum est mihi, & pa-
ratus sum, vt iussa tua ca-
pessam totō conamine, ô
Pater supra modū dilecte.
Sed & in semetipso impol-
latus agnoscitur, qui iuxta
vocē Apostolicam pecca-
tū non fecit, neq; inuentus*

*est dolus in ore eius. Quo-
modo enim peccati vesti-
gia in eo locū habere po-
tuerunt, qui de se ita pronu-
ciat: Quæplacita sunt ei fa-
cio semper? Qui nunquam*

excidit à semitis iustitię, nū
quā regula veritatis decli-
nat. Is longē abest ab obli-
quitate culpæ, vt verè im-
pollutus, & immaculatus
esse dicatur. Inspice, ô vir
Sacerdotij Dominici spe-
culator egregie, quātus sit
Pontifex, qui ingreditur
sancta in salutem vniuersa-
rum gentium. Nunc audie-
ras Dei nomen ineffabile
in fronte portari à Summo
nostro Sacerdote, vt Dei
reuerentia, & respectus ha-
beretur in capite, & dilec-
tio illius superemeret
omnibus; & vbi magis se
produnt vires, ac sensus ho-
minis, ibi tota virtus animi,
tota fortitudo, totus vigor
humanæ mentis sepe
dat in amore vnius supre-
miboni. Iam verò vir pro-
pheta viuido mētis intuitu
sedem vita, ac totius vita-
lis operationis contempla-
tus in corde illuc retulit,
quod timoris, amorisq; cō-
sestaneum erat, nimirum
seruandæ legis, exequēdo-
rumq; cœlestiū mādatorū:

C 4

vbi

August. fidele interpretamentum
in Psal. 1. & 39. v. Patrum, in fronte Psalmo.
In capite rum. quasi de summo legis
& ibi gl. obseruatorē mentio facta
Inter. est, cūm dicitur: Beatus vir
Ordin. qui non abiit in consilio im-
piorum, & in via peccato-

vbi namque dictum audi-
sti: In capite libri scriptum
est de me, ut facerem volun-
tatem tuam. Illud cōtinuō
adiectum est: Et legem tuā
in medio cordis mei. Cha-
ram, pretiosam, dilectam
pr̄ omnibus mihi esse ag-
nosco, quam in medio cor-
dis mei haberi affirmo. Il-
lic sedes memorie: illic nē
pē in capite vires sensuum,
adminicula intellectus vi-
gere conspiciuntur: vt nū-
quam excidat niēte, num-
quam eradicetur animo
Dei amor intraneus. Hic
verò lex Domini possideat
cordis penetralia, vt nihil
ea charius, nihil pretiosius
habeatur in terris. Quam-
obrem & in capite scriptū
esse de illo fertur, vt per-
ageret quod est diuinæ vo-
luntatis & legis: quia iuxta

rum non stetit, & in cathe-
dra pestilentia non sedet;
sed in lege Domini voluntas
eius: & in lege eius me-
ditabitur die, ac nocte. Re-
stet in eum per antonomasi-
am competit, quod de vi-
ris iustis generaliter vide-
batur conscriptum: quia
profecto non est inuentus
similis illi, qui conseruaret
legem Excelsi: conserua-
uit namque illam in seipso
prorsus inuiolabilem: con-
seruavit & apud alios sta-
bilem eam faciens in eorū
præcordijs, docens exem-
pli, & verbo viam iustitie:
& seueram in semetipso
vitæ disciplinam ostendes.
Neque enim in via pecca-
torum stetit, aut in cathe-
dra pestilentia collocauit
sedem sibi, qui toti mundo
prædicaturus salutem ad-
uenit. Etenim vt omnia sibi
consentanea esse perpen-
das, quod illic audis: Fru-
ctum suum dabit in tempo-
re suo: & folium eius non
defluet, & omnia quæcū-
que faciet prosperabuntur.

Hic

3

Hic pro meritis conserua-
tæ diuinæ preceptionis, de
ipso velut in aliorum figu-
ra sic assertum inuenies:
Ideo iureiurando fecit il-
lum Dominus crescere in
plebem suam: benedictio-
nem omnium gentium de-
dit illi: & testamentum
suum confirmauit super ca-
put eius: En tibi vno ver-
bo expressam virtutem di-
uini huius Sacerdotij, de
quo sermonē instruimus.
En fructus perpetuæ iu-
stitiae, quam contemplaris
in Sacerdote nostro secū-
dum ordinem Melchise-
dech. Ut enim Noë olim
ob insignem iustitiam pro-
meruit seruari posterita-
tem generis sui: & Abra-
ham ob eximiam obedien-
tiam constitutus est pater
multarum gentium: ita in-
comparabili sanctimonia
Pontificis nostri esse etum
est, vt per unam hostiam
conquireret sibi gentiū in-
numerabilem multitudi-
nem. Et quemadmodum
Abraham sub iureiurando

Ezai. 53.

4

accepit, quod erat bene-
ditionis effundendæ per
Christum: ita & ipse Chri-
stus iuratū accepit sacer-
dorium, vnde origo du-
cenda erat totius benedi-
ctionis: Ideo (inquit) iure-
iurando fecit illum Domi-
nus crescere in plebem suā.
Vt hic non carnalis propa-
gationis pollicitationē ag-
noscas, qualis promissa est
Abrahæ, sed spiritualem
quamdam regenerationē
mediteris, quam sanguis
noui, æternique Testamē-
ti effecturus erat in homi-
nibus. Nam & illud expres-
sum est posteriori verbo,
cum dicitur: Benedictionē
omnium gentium dedit il-
li. Quod & nobis adhuc
verbis aprioribus expli-
cuit Esaias: Si posuerit (in-
quiens) pro peccato animā
suum, videbit semen lon-
gænum: & voluntas Do-
mini in manu eius dirige-
tur, scientia sua iustificabit
ipse iustus seruus meus mul-
tos. Longæuitas seminis
non ad temporarium vitæ

C 5 de-

Hiero. de cas Summi Sacerdotis mu-
veste Sa nia, qui doctrinam, & ve-
cerd.

Greg. 2. ritatem profert in pectori
Paf. c. 2 per quæ homines condu-
cantur in aeternam salutem.

Quinimo, & ingrediens
sancta, & in ea iam ingres-
sus per sanguinem suum
plenus est tintinnabulis au-
reis in gyro: ut totum vo-
calem esse noueris, sum-

Glo. In- mun noui Testamenti Po-
terl. tificem siue in opere, siue
Exo. 28. in externo sermone. Au-

decursum, sed ad lōgitudi-
nē dierū refertur, quæ in
dextera Domini est, & ad
eternitatem perducit, vt me
rito iustitiae ostēs in Cru-
cis victimā, vberem in ele-
ctis assequatur fructū, qui
numquam marcescat. Sic
ipse iustus velut in æquita-
te judicij peracti in Cruce
iustificat multos, sed tamē
in scientia sua, & per me-
diam veritatis doctrinam:
vt, & in hac parte agnos-

ditur vox eius convieni-
tis inter homines: auditur
& vox morientis in Cru-
ce, quasi tinnitus ænei ser-
pentis, quem olim Moyses
exaltauerat in salutem. Au-
ditur denique illo iam mor-
tuo, & à mortuis resurgen-
te, vox ipsius ab vniuersi-
tate gentium, vt latè pa-
teat, quod in verbis Psalmi
nuper allegati continua o-
ratione adjicitur: *Annun-
ciari (ait) iustitiam tuam
in Ecclesia magna: ecce la-
bia mea non prohibeo, Do-
mine, tu scisti. In Ecclesia
magna, vt non ad populum
Iudæorum coarctata fuiss-
e intelligatur prædicatio
illius, cum & eius Euange-
lium manifestatum fuerit
in vniuersitate gentium,
apud quas vox illius usque
in hodiernum diem in-
sonare conspici-
tur.*

Psal. 39.

CAPITVLVM VIII.

CAPITVLUM VIII.

Christi celstido supra omnes. num. 1.

*Christus non mendicat proprium effectum sui Sacer-
dotij. ibid.*

Christus fons & origo Sacerdotij. num. 2.

Sacerdotij munia & iura plene in Christo. ibi.

*Legis & sacramentorum commutatio per Christū.
num. 3.*

Legalium abolitio in passione Christi. ibid.

*In morte Christi confirmatio noui Testamenti. nu-
mero. 4.*

Consummatio peccati in morte Christi. ibid.

Uncio Christi quasi Sacerdotis & Regis. num. 5.

Christus hostia & Sacerdos in altari. ibid.



Vcusque protra-
ximus enarratio-
ne Apostolici elo-
gi, quo Pontificem no-
strum sanctum, innocen-
tem, impollutū descripsit,
vt & illud efficieremus dilu-
cidū, quod de accessu eius-
dem per se: net ipsum nobis
erat in manib[us]. Restat iam
vt consequentia verba ex-
pendamus: quibus ad idē in-
stitutū corroborādū contē-
dit ipse met Paulus: *Segrega-
tus (ait) à peccatoribus, &
excelsior cœlis factus.* Alia
est, inquit, cōditio Christi,
& alia cæterorū mortaliū:
quia & ipse longe abest ab
hominum peccatorū cōfor-
tio; qui & sublimior est om-
ni cœlesti creatura, quique
vt cœlos transcendit, ita
& cœlestia omnia longo
inter-

Concil. Ephes. can. 10. S. Thom. 3. p. q. 2 art. 4.

2

inter ualio superauit: vnde id subsecutū est, quod adiecit Apostolus in hanc sententiam. *Qui non habet necessitatē quotidie quemadmodum Sacerdotes, prius quidē pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi.* Plane qui adeptus est Sacerdotij plenitudinē, vt nihil ei desit ad perfectiōne m ipsius, nec sacerdotio subiicitur, nec effectū pro priū sacrificij ab ipso mendicat. qui est diuina propitiatio, recōciliatio ad Deū, & satisfactio pro peccatis.

Nam & priuū agēs in quo uis genere sic agere cōsueuit & influere vt non viciſ ſim ab alijs recipiat effectū in fluxūque propriæ virtutis in eodem genere. Sic enim Sol illuminat, vt non rursus splendorem ab alijs in ſe refuſū accipiat. Ignis quoq; calore ſuū iuinit̄ in extera māe i. m, neuti- quam in ſemetipſo incalēcit, quasi aliud factus particeps calor is consimilis. In Christo autem fons eſt &

origo ſacerdotij, vt per illū ſit omnis gratia, omnis pec- catorum remiſſio, omnis diuina placatio; quam tamen alijs, non itidem ſibi affe- quatur diuinus noster Sa- cerdos ſecundum ordinem Melchizedech. Neq; enim medio indiget, qui per ſe- metipſum accedit ad Deū: nec pro ſe ſacrificiū offert, qui vnicus mediator eſt omniū, nullum ambiens ex- ternum patrocinium, ſed pro nobis peccatoribus ſe- metipſum effecit hostiam Deo in odorem ſuavitatis. Quod & recte iuxta nostri Apostoli ſententiā & verba definitum eſt in Synodo Ephesina ubi ſic pronūciam habemus. *Siquis dicit Christum pro ſe obtulisse oblationem, non magis pro nobis ſolum (nō enim indiguit ſacrificio quippecca- tum nescit) anathema fit.* Hic eſt igitur perfectus Pontifex cui acclamatur à Propheta, ſiue à Patre cœleſti. *Tu es Sacerdos in eternū. Tu es, o Redéptor ſacu-*

ſaculi singulariter ſacer- dos & tibi præ cæteris om- nibus ſacerdotij iura repo- ſita ſunt: qui ob inuiolabi- lem ſanctimonīa ſine vlo- medio accedit ad Patrem, vt & nullum obicem in- uenias, & ianua ſemper aperta ſit tibi ad excelsum Dei tribunale adeundū. Tu 3 verè Sacerdos, & qui ob tuam consummatam iuſti- tiā ſemper exaudiris à Pa- tre, vt per te ſiat peccato- rum remiſſio, quam aliun- de non potuifet obtinere vniuersitas hominum. De- niique tu eſt ille ac ſuperex- cellens Sacerdos, in quo & omnis celsitudo & ampli- tudo ſacerdotalis dignita- tis poſta eſt. In te ſolo au- thoritas Pōtificia supremū attigit gradum, in quo ve- luti principio, & radice co- ſiſtit omnis eminentia fu- ctionis, & ministerij ſacer- dotalis. Tu nouos in terris miniftriſ instituis, & coſe- cras, qui & noui Testame- ti, & noui ſacerdotij autor- existis. Tu antiquis ſacrifi- cijs ſōummatiōne adducis, & veteri ſacerdotio aboli- to, nouos ritus, nouas mun- do cæremonias inuehis, no- ua cōdis ſacramēta, & no- ua hostiā, quibus, & miram adiſias virtutis efficaciā. Vbi enim ex ore tuo iamia ſpiritu exhalantis in Cru- ce accepimus verbū illud, népe: *Consummatū eſt: ibi Ioan. 19.* hæc omnia effectu Crucis tuę ac mortis intelleximus, vt lex, ſacerdotiū, ſacrifi- cia & ſacramēta, dum im- pleri & consummari dicu- tur, cōmutentur alijs, quæ plena ſunt veritatis delinia- tæ quondā ſub mortuis illis apicibus. Cefſat enim figu- ra in præſentia veritatis: & vbi res ipsa pro imaginib- uis ſubſtituitur, aut verò Auguſt. epift. 19. & Psal. 39. D. Tho. 1. 2. ſuū locū occupat, reiſciunt q. 103. tur ſimulachra ipsa, quibus ar. 3. minus perfecta notitia ex- hibebatur. Si Romā in pa- pyro depicteda cōtēplemur, ipsa coſpecta figuræ abij- ciuntur, & peractis ſcenis, lu- diq; in quibus agūtur co- moediæ, tragœdiæ ve- rerū ge-

4

5. Cor. 3.

Heb. 9.

gestarum, continuò tabernacula, & omnis ornatus, apparatusq; de medio tolluntur. Et vetera quidē illa mysteria typum gesserunt sacramentorum nouæ legis, & in eis agebatur negotium Ecclesiæ Christianæ vt illis iam completis, nihil opus fuerit imposterum. Ablatum namq; nobis est velamen, qui iuxta verbū Apostoli, reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu. Consummatum est plane in morte nostri Sacerdotis Tabernaculū, & Templum, lex, & Sacerdotium, vt nouæ legi, & sacrificio aditus pateat. *Vbi enim testamentum (ait idē Apostolus.) mors necesse est intercedat testatoris. Testamentū enim in mortuis confirmatū est: alioquin nō dum valet, dū viuit, qui testatus est. Tuam igitur Crucē, & morte expectabat, o Redemptor sœculi, noua lex,*

nouū Sacerdotiū: & in sanguine tuo vim suā acceptū erat noua sacramēta. Et si paulo ante Sacerdotes institueras Apostolos tuos, certe Sacerdotalis functio in illis & in Ecclesia Catholica cōsummationē præsto labatur vñici tui holocausti. Ideo in tua morte consummatū fuisse audimus, vt qui nouus Sacerdos aduenisti veteribus imponeres finē, & nouæ legi, ac sacrificijs suā conferres originē. Sed & cōsummātū audio, vt propriū summi nostri Sacerdotis officiū illic contēpler: quivt suū cōpleteuit sacrificiū, ita & peccato suū finē adduxit, & redēptioni propriā perfectionē cōtulit. Sic enim effectum est, quod in visione fuerat ostēsum viro desideriorum. In hæc verba. Septuaginta heb Dan. 9: domades abbreviata sunt super populu tuū, & super rēs sanctā tuā vi consumme retrū prævaricatio & finē accipiat peccati, & deleatur iniquitas. Nā & vt hoc ser-

5

ser uatum fuisse perpendentes summo nostro Sacerdoti, cuius incumbat iustitia, ipse ineluctabilis effetus propitiationis assequēdæ, illud continuo adiectū est: *Et adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & vngatur Sanctus Sanctorum.* Vnctio hæc est Sancti Pontificis: qui vt iustus est per naturam, aut vero sempiterna iustitia, ita & secundum hominē iustus est per gratiam, vt habeat vtrinque vnde confidenter accedit Deus homo nihil de hostiæ preciique suarum repulsam formidans. Sitque vnctio illa quasi & Sacerdotis & Regis simul, vt congruat ei qui dictus est Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, Rex nimirum & Sacerdos pariter existens. Tu es ergo Sacerdos in æternū, cui ex merito ac virtute propriæ iustitiae debeat mundus Redēptionē sui, & liberationē a peccatis, cui

& nouorū sacramentorum efficacia deputetur. Tu es Sacerdos in æternū, qui singulari sacrificio Christiani populi & ministeriū tuum exhibes, & virtutis efficiētiā. Ministeriū quidē, quia oblatores illius secūdū assumptā naturā, vnde tibi cōpetit, vt Sacerdos dicaris & sis: efficiētiā, vero, quia sanguinis tui pretiū illic adest, & corporeā præsentia, & cū sua plenitudine spiritualis virtutis. Ibi tu ipse Sacerdos & hostia, vt ad effectū in nobis perducatur antiquare dēptio: nos autē quasi ministri tui per te vnc̄ti, sanctificatique hoc ipsum agimus in altari, quod tu olim in Cruce, & ministeriale operationē exhibemus tibi summo & æterno Sacerdoti, vt quod illic immolatū valuit ad omnīū genitū salutem, hic à nobis idē tidei repetitum valeat ad quotidiana expianda criminā, conciliet gratiam, pacē astruat, & stabilit in semperitnum.

CA.

CAPITVLVM IX.

Sacerdotij perfectio iuramento confirmata. num. 1.

Iuris iurandi sermo post legem. num. 2.

Legalia non esse extincta usque ad mortem Christi. ibid.

Deus nemini seipsum obligat. num. 3.

Sacerdotij iurata institutio facta est post legem. num. 4.

HVC nos iustitia nostri Pontificis, & testimonium Pauli de sanctitate, innocentia que illius appulit, ut evidens efficeretur, quod de accessu illius ad Patrem, & irrefragabili virtute in perpetrationis meriti, satisfactio nis, efficientiaeque suscep ramus comprobandum, ut autem proprius acceda mus ad id quod de ratione Sacerdotij Christi expli candum promisissemus, in enarratione prohematis nostri, opportune sese of ferunt subsequentia in eodem contextu verba Pauli, quibus ita loquitur. Lex

enim constituit Sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iuris iurandi, qui post legem est filius in eternum perfectum. Ecce nobis per ta est via ut & iurandi finem, & perfectionem iura ti Sacerdotij ex ipsam iuratione inuestigemus. Et inquit Apostolus causa est quod alij non habeant introitum ad Deum, & ad pertractandas causas populi, donec pro seipsis prius obtulerint sacrificia nimis quod & ipsi vice imbecilles, & infirmi secum gestent peccatorum suorum obsta cula, quibus interim ab accessu illo impediatur, co hibent-

hibeturq; non enim potuit lex instituere sacerdotes nisi homines puros, qui & propria infirmitate circundati & legi peccati essent obnoxij. At vero divinus sermo, & solenis contestatio iuramenti multo sublimior rem alijs Sacerdotem nobis donat, qui alege peccati longe alienus esse censeatur, & omnem sanctimoniam gradum in seipso con tineat, sitque Sacerdos in eternum perfectus, sermo autem iuris iurandi, idem ipse fuisse videtur, de quo Propheta noster eloquens est in haec verba. Iuravit Dominus non paenitabit eum: tu es Sacerdos in eternum. Quid vero sibi vuit Apostolus, cum sermonem iuris iurandi fuisse post legem affirmat, cum vates noster eximius antiquorem videatur facere iurationem illam? Etenim Beatus Apostolus post legem non tam latam, quam abolitam, aut iamiam abolidam fuisse iuramento

Heb. 8.
Iere. 31.

constabilium Christi Sacerdotiu insinuat, ut quid possit lex, & quid gratia noui Testamenti significa ret nobis. Ianiā abolendā dicimus: quia ex urgente nouo nostro Pōtifice, proxima erat ex terminio sub uersioniq; lex, & Sacerdotiu vetus, quemadmodum Philosophatus est paulò post idē Apostolus, quicū de nouitate hui⁹ nostri Te stamenti orationem conte xeret prophetiamq; Iermiæ produceret, sub his verbis. Consummabo super domū Israel, & super do mū Inda Testamentū nouum. adiecit & hoc ipsum dicens: Dicendo autem nouum, veterauit prius; quod autē antiquatur & senescit, prope interitū est; ceu quas fatus calamis, quasi lignū fumigans erat Sacerdotiu Iudaicum, & sacramento rū, sacrificiorūq; religio, vbi Christus in mundū prodijt sacerdos, ut antiquari, veterascere, prope interitū esse illa perpendas.

3

Quod enim vetustatis annorum titulus, & cum novo cōponitur sui proximā dis solutionē, & exitium adducit secum. Nouitatis autem vox adscripta legi gratiæ, ipsam in sua sede permanens fore declarat, ut semper nouum sit, & aeternū verē dicatur Testamentū quod inuenīstum est mundo a Redemptore mortaliū. Non autem tūc interijsse, sed propē interitū iam tūc fuisse dicimus: quia Testamentum nouum ad plenū vigorem, & obligationem sui, per quā & lex illa mortua, & sacramēta illius extincta fuere, prēstolabatur consummationē sacrificij reddendi in Cruce. Et sic quidē Testamentum, Sacerdotiumq; nouū recte facimus veluti succedaneū, posteriusq; veteri. Cū vetera & noua nō potuerint in uno coalescere, aut in eadē Ecclesiastici edificij cōpagi ne sibi mutuo cohærere. Quid vero est, quod sermo iurisiurandi post legē esse

asseritur, cum fibimetipsū iurauit Dominus in aeternitate sua, qui & nemini præter se metipsum astriggit propriā fidē, quasi obligetur eis ad promissionē reddendā? Sane iurati sermonē, quatenus ad Deum hominē refertur, post legē promulgatam fuisse dicemus, ut ad eū temporis articulum pertineat, quo Christus in utero Virginis conceptus est. Aut si maiis evidentiorē faciamus interpretationē Apostolici elogij. Vox sermonis magis ad rem significaram expectare putanda est, ut sit sensus, quod institutionē noui sacerdotij stabilita iuramento sit facta post legē, sive ad illius occasum, interitumq;. Nam in sacris Scripturis celebri cōsuetudine receptū est, ut nomē sermonis, aut verbi usurpetur pro re ipsa: *Non fuit sermo (ait diuinū Elogium) qui Regē posset latere.* Quia mysteria omnia, & enigmata propo sita facile dissoluta sunt a Rege

2. Reg. I

4

4. Reg. II
20.

Capitulum decimum.

51

Rege Salomone. De nomine, *Verbi*, latius patent exēpla in Scripturis, quam ut quæant hoc in loco recensi: *Quod est verbum (inquit David) quod factū est?* & alibi de Ezechia: *Nō fuit verbum, quod non demonstraret eis.* Sic ergo sermō iurisiurandi post legē, ipsa met est constitutio Summi nostri Sacerdotis, & in aeternū perfecti, ut post legem fore dicatur sacerdotiū, quo lex ipsa extincta,

& exterminata fuit. Et sic quidē sermō iurisiurandi ad quem se refert diuinus Apostolus: qui & idem est de quo dictum audiuimus: *Iurauit Dominus, & non pœnitibet eam.* Ille inquam sermō licet à Propheta nostro, iam olim prolatus suis se describatur, ad futurum Incarnationis tempus pertinuit; ut & illuc seruata sit phrasis prophetica secundum quam præteriū pro futuro accipi consuevit.

CAPITVLVM X.

*Sacerdotij iurati duplex ratio. num. I.**Sacerdotij excellentia iuramento comprobata. ibid.**Sacerdotij noua perfectio ex multis cōfirmata. n. 2.**Infirmitas Christi quo pertinuerit. n. 3.**Iuramentum Dei in rebus magni ponderis appossum. ibidem.**Regni Saulis extinctio quare iurata num. 4.**Incarnationis promissio bis iurata. ibid.**Iuramentum factum Abrahe præcipue refertur ad Christum. num. 5.**Incarnatio, & sacerdotiū Christi simul iurata. ibid.*

D 2

IVR A-

I **V**IRAVIT (inquit) Dominus, & non paenitebit eum: tu es sacerdos in aeternum. Profecto non temere, non absque urgentatione accipit cum iure iurando sacerdotium suum. Christus ingrediens mundum sub humanæ mortaliatis forma. Et ut in summam redigamus omnia, duplicem huius rei causam comminisci possumus, quam vtraque innixa sit fidelibus diuinorum scripturarum testimonij. Altera illarum est, quæ petitur ab excellentia diuinæ huius sacerdotij. Quæ & insinuata est verbis nuper inductis ex Apostolo. Sermonem enim iurisiurandi eo refert, ut per illum Dei Filius instituatur Sacerdos in aeternum perfectus. Altera vero est ut perpetua illic stabilitas sancti huius Sacerdotij designata sit verbo; iurisiurandi. Ut vero ad id, quod priori loco perstrandum secessit statim

vero

Aug. li.
19. cōtra
Faust. c.
23.

2

verò sublimius aliquid esse censeimus, quod tanto molimine gestum est, tanto diuinæ confirmatio- nis pondere stabilitum in mundo. Quod nimur obseruavit Apostolus cum tria illa, seu quatuor in vnum compegit: nempe quod erat iurisiurandi, quod & consecutio- nis est ad legem, quod Filij in Sacerdotem assump- ti, quod demum fuit per- fectionis in Sacerdotio aeterno. *Sermo (ait) iuris iurandi qui post legem est Filium in aeternum perfec- tum.* Lex illa non eovis que attigit, ut superiore aliquam substantiam eueheret in Sacerdotium: sed homines infirmitatem habentes ad illius admini- strationem delegit. Ideo- que illi fine iuramento creati sunt Sacerdotes & delegati ad offerenda sacri- ficia. Hic autem filius eligi- tur ab aliorum servili con- ditione longo interuallo disiunctus, ut sit Pontifex

in aeternum perfectus. Id- circò iuratū accipit suum Pontificium quasi præcel- lenstā ex Sacerdotis mag- nitudine, quam ex Sacer- dotialis honoris propria dignitate. Ille procul ab- est ab infirmitate peccati, quæ notata est in alijs Sa- cerdotibus, alioqui vero & infirmitates nostras ille in semetipso portauit, ut pro nobis factus infir- mus eas demum à nobis depelleret. Et vide in hac parte rerum admirabilem concentum, ubi & infir- mitas peccati deest Sa- cerdoti expiaturo per se- metipsum omnia peccata, & non caret infirmitati- bus humanis, ut propriè competit officio Sacerdo- tis disceret experimento compassionem aliorum. *Debuit (inquit noster Apo- stolus) per omnia fratres similari, ut misericors fieret; ut fidelis Pontifex ad Deum, ut repropriaret delicta popoli.* In eo enim in quo passus est ipse & ten- tatus,

D 3 tatus,

tatus, potens est, & eis qui tentantur auxiliari. Vbi & duplex potētia norata fuisse videtur, ut quod per se potuit Sacerdos sanctus, in nostram salutem, id veluti ex noua propensione, quā tentationum experientia suscitabat, fieret quodammodo facilius, ut secūdum hominem loquamur. Iam enim disciplina pacis nostrae super eum concitabat elus animum ad compassio-

nis pfectum, ut fidelis es. fuit Pontifex, & fideliter exquereretur Sacerdotis munia in expiandis populi delictis. Deus erat per naturā potens, & Deus homo Sacerdotio fungebatur, & ut ex Deo nihil decesset ad redēptionis efficaciam, ex natura hominis, quasi superindueret sibi miserationis viscera ad subleuandas nostras miseras. Et hæc tā tisper diximus de celsitudine Pontificis nostri, quā significauit iuramentū hīc interpositum. Quod autem ad Sacerdotij eminentiam

periuit haud dubium, quin sanctitas iuris iurandi eam declarauit. Solet enim excelsa illa Maiestas res magni pōderis majori etiā contestatione afferere, roborareque, & qui secundum Apostolū finis est omnis controvēsia ad confirmationem, scilicet iuramenti, prāter insignem quā efficit rei certitudinem, illius quoque rei gravitate demonstrat. Si rē de summa facie contemplis exiguū quidpiam tibi esse videris, quod in Saulis regno, & Sacerdotio Heli gestum est. Verum si penitus inspicias quodib⁹ latebat sacramentum abolen⁹ di regni Iudaici, & veteris Pontificij stabilien⁹ dūque noui regni, & noui Sacerdotij in Christo, nihil miraberis cum vtrumque pariter sub iure iurando conquassatum, subuersumque fuisse deprehenderis: Et quod ad Sacerdotium Heli expectabat, manifesta est iuratio,

vbi

4
Heb. 6:

*Hier. in
prol. ad
Paulin.*

Psal. 88.

Capitulum decimum.

I. Reg. 3. vbi sic habemus. Iurauit domini Heli, quod non exspectur iniquitas domus eius victimis, & muneribus usque in aeternum. Quæ sane sententia ad id præcipue refertur, quod de ablatione Sacerdotij ipsius, & translatione in alia familiam complendū erat suo demum tempore. Iam verò extinc̄tio regni Saulis, licet non videatur facta sub expresso iuramento, diligentius tamen inuestiganti rem hanc facile apparebit, quod Dauidi iuratum est in stabiliuentū proprij principatus, id quoq; iuramat fecisse extinctionem regni Saulis. Vnius enim constitutio subuersio est alterius. De Dauidico autem imperio sic pronunciatum habemus. Semel iurauit in sancto meo, si Dauid menzias: semen eius in aeternum manebit. Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in aeternum. Ita ve-

ro fieri oportuit, vt vbi stabilitas, & Regni & Sacerdotij Christi significari videbatur, adesset ibi confirmatio iuramenti, quo Pontifex noster secundum ordinem Melchisedech maneat, & Rex in aeternum viuens, & Sacerdos in aeternum. In negotio reparationis humanae, quo nihil magis necessarium nobis, nihil conduibilis vniuersitati mortalium bis iuratam illius promissionem inuenimus. Nam & sancta illa constitutio, quæ ad Abraham facta est potissimum eodirecta fuit, quod in fine pollicitationis positum legimus, de Christo Redētore, in cuius semine bendicendæ forent omnes gentes. Quāvis & priora nō minima cēfātur, quæ de posteritate immensa & trium phis cōparandis ibi digesta sunt. Per memetipsum iurauit, dicit Dominus, quia fecisti rem banc, & non percisi filio tuo unigenito,

D 4 bene-

5

55

Genes. 12

benedicam tibi, & multi- tem : & non frustrabitur Psal. 131
 plieabo semen tuum sicut cum: de fructu ventris tui
 Stellas coeli. & sicut arena ponam super sedem tuam.
 quæ est in littore maris: pos Quid vero aliud est quod
 sidebit semen tuum portasini de fructu ventris illius con-
 micorum sitorum: & in se- stituendus esset quispiam
 minet tuo benedicentur om- super solium eius, quam id
 nes gentes. Profecto & ma- quod post Esaiam, expli- Esa. 9.
 gnitudo antecedentis pro- cuit nobis Gabriel ita lo. Lue. 1.
 missio nis, & vis adiecta iu- quens ad Virginem? Dabit
 ramenti referenda est, vel (inquit) illi Dominus Deus
 maxime ad posterius facta sedem David patris eius,
 pollicitationem de benedi- & regnabit in domo Iacob
 ctione omnium gentium: in aeternum: & regni eius
 quid enim profuisset multi- non erit finis. Ut autem ni-
 plicasse gentem, nisi & ge- hil his dissimile conspicia-
 niti magnificaretur lati- mus in argumento, cuius
 tia? Etsi omnes homines enarrationem exorsi su-
 sub maledicto peccati per- misus, illud attentius contem-
 mansi, & longius propagari plarilicebit, quicd multa ve-
 contulisset. Ideo eis affutu- ritate suffultu arbitraurur.
 rrus pronuntiatur Redem- Sane quod olim cum appo-
 tor, per quem omnis bene- sitione iuramenti promis-
 dictio refundenda esset in sum est Abrahæ, Davi-
 mundum: idque ceu res exi- dique, idipsum est quod
 mia roboratum fuit diuino exprimitur verbis nostri
 iuramento. Hoc ipsum Da- prethematis, quibus dici-
 vidipromissum est, & non tur. *Iuravit Dominus, &*
 absque interpositione juris *non paenitebit eum: tu es Sa-*
 iurandi, cum dicitur: *Iura-*
Dominus David veritas *cerdos in aeternum: Id est,*
 aut vero ut dicamus explicatius, viruque simul fieri
 existi-

Capitulum undecimum.

57

existimandum est, quod mittens Filium in carne, Sa-
 Christus homo concipia- cerdotemque instituens,
 tur in utero, & quod a Pa- qui conciliat per sanguinem suum omnia, sive quæ
 tre coelesti vngatur, done- in celis, sive quæ in terris
 turque nobis Sacerdos in sunt. Eadem est viriusque
 æternum: simul Deus ho- mensura, & eodem pondere
 mo, & Pontifex futurorum grauitatis subsistunt
 bonorum, quia ex hominis illa duo; vt si pro magno
 assumpta substâlia habuit, & interpellandi officium,
 & materiam reddendi sa- ducis Incarnationem Verbi
 crificij. Fitque, vt quod dignamque fuisse putas
 Deus olim iurauerat facie- iuratione diuina, non ducas
 dum id nunc impleat, quasi pro minimo, quod audis de
 assertione iurata Sacerdo- nouo iure iurando nobis
 tij Christi.

CAPITULUM XI.

Sacerdotij stabilitas iuramento confirmata. num. 1.
 Pœnitentia Dei mutatio est facti. ibidem:
 In Deo quasi effectus pœnitentiae non perturbatio
 animi. num. 2. Sacerdotij aeternitas confirmatur
 iuramento. num. 3.
 Iuramenti duplex ratio expressa ab Apostolo. nu. 4.



AEC una ratio
 vt cumque a no-
 bis explicata, ac-
 cepta est ex per-
 fectione pontificia digni-

tatis, quam in Redemptore profitemur. Iam vero
 adiecti iuramenti euidentiorem alteram atteximus
 rationem, nimis ut praeter

D 5 ter

August. so contemplémur. Cum id lib. 83. agit excelsus Dominus, q. 52. & in Psal. 131. quod agere consueuerunt homines, quos pœnitentia facit, sub ea phrasē loquimur de illo, ut pœnitere ipsum dicamus, cum mutat factū, cum pœnitentia rescindit, affertque collatum beneficium humanis exigentibus meritis: quare idem pœnitens significatum existimat, cum dicitur: *Iurauit Dominus, & non pœnitabit eum:* Cum ea sententia sub alijs verbis explicita, cuius nuper meminimus sub

ter insinuatā rei certitudinē significata sit hoc loco stabilitas quædā non immutandi, abrogādive imposta rū diuini huius sacerdotij: quod & amplius declaratū est posteriori verbo, cum dicitur: *Et non pœnitabit eum;* Non equidem pœnitentia ei proprie abscripsim, qui humanorum affectu prorsus expers esse cogositor. Sed sic eum pœnitere afferimus quod quasi pœnitudinis opera in ip-

2

hac forma. *Iurauit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum:* Frustrari enim perinde se habet, ac si dicas irritā facere pactionem, pollicitationemque fœdus abrumperē, fidem præstitam nō seruare. Quæquidem absque illa sui mutatione facit Dominus propteritatem humanæ malitiæ. Sicquæ denegata pœnitudo auctori, & instigatori sacerdotij huius, præter appositum iuramentum nonnihil etiam adiicit stabilitati iurati sacerdotij æterni. Ut nimis intelligamus non frustratum iri homines spe cœpta, & quod eis donatum est in Pontificio Christi perpetuum fore, nūquaque auferendum illis. Non itaque pœnitabit eum: quia non extinguerit, non abolebit, quod semel instituit, neque commutabit alio sacerdotium hoc, quod cum iuramento pollicetur esse permansurum in æternum. Sic, o vir Catholice, pœnitentiam acci-

pe,

pe, quam & alijs in locis Deo attributam esse confpicis: vt cum legis in Gene Genes. 6. si: *Vides autem Deus quod multa matitia hominum eset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eset ad malum, omni tempore pœnituit eum, quod hominem fecisset in terra.* Et rursus. *Pœnitet me, inquit fecisse eos.* Quid autem pœnitentia appellatio illic significatum fuerit ex effectu estimauit tantum author libri, non quasi ex affectu pœnitentis, vbi predictum est: *Et præcavens in futurum, & tacitus dolore cordis intrinsecus delebo, inquit, hominem, quem creavi a facie terre, ab homine usque ad animantia a reptili usque ad volucres cœli.*

Aug. 2. Ipsamet dissolutio plasma ad Sim- tis & diuini opificij attitu- pl. q. 2. lata est nomine pœnitentiae, & de es- vt ab effectu refun- sen. diuini. datur appellatio in ipsam Reg. e. 15 causam. Quemadmodum ergo cū tam maturo con filio destruitur opus Dei, pœnitere Deum facti dicimus: ita, cum fore afferimus, vt non pœnitentia iurati sacerdotij, constans perpetuunque illud intelligimus esse futurum. Etenim ob eam causam adiecta illuc est æternitas sacerdotij, vt ex hac æternitate pœnitentia fuisse agnoscamus rationem apponendi iuramenti. Nam contestatio iurata perpetuum esse declarat, quod iuratum est: ipsa vero æternitatis expressio vim significat & materiam, in quam cadit sanctitas iuramenti: & quideni iuris iurandi vis sacerdotiū confirmat quasi præsens, & illius æternitatem stabilitatem velut impo sterum. Sed tamen præcipua ratio tam insignis assertio- nis ex ipsa perpetuitate promissa petitur. Promissio autem non est de re quæ præsens exhibetur, sed de illa, quæ in futu- rum

rum expectatur. Et hæc du-
ratio incommutabilis præ-
cipue roboratur hoc loco
sanctitudine iuramenti. Nā
quanti referat eam ita con-
firnari, statim dilucidum
efficiemus; cum viderimus
in quo sit posita ratio illa
æternitatis, videbimus nam
que quanta nobis ingene-
retur lætitia ex asserta sta-
bilitate illa, quantam ani-
mis concipiamus fiduciam
de propria salute quasi non
interitura in sempiternū.
Intuebimur etenim Ponti-
ficium Christi æternum
fore, ut & in electis habeat
perpetuam efficaciam, quo
circa immortalitas gloriae
in viris sanctis ab hac ipsa
æternitate Sacerdotij suā
originem habere dignosci-
tur, ut demum propriā in-
de assequatur stabilitatem
sui. Quæ duo, nimirum &
perpetuitatem illius Sacer-
dotij, & certitudinem spei
nostræ illinc evehendæ co-
plexus est Paulus verbo
vno, cum diceret: *In quo*
abundans volens Deus

stus

Et us in aeternū. Ecce quod
in secundo loco diceba-
mus de ingenerata fiducia,
& solatio superaddito ex
magna illa corroboratio-
ne Sacerdotij æterni.

CAPITVLVM XII.

Spei nostra robur ex iurato Christi sacerdotio. n. 1.
Pontificis ingressus in sancta. num. 2.
Ingressus Christi in sancta cœlestia. ibidem.
Sacerdotij veteris infirmitas. num. 3.
Sacerdotium Christi duplice tenuam aperuit.
ibidem.
Veli exterioris discissio. num. 4.
*Spei erectio, ut per Christum ingrediamur in san-
cta. ibidem.*

SED age iam, &
posteriora hæc
verba pressius,
vberiusque dilu-
cidare studeamus. In hoc
ipsum destinata fuisse di-
citur asseueratio tanti pon-
deris, qua Christus perhi-
betur fore Sacerdos in æ-
ternum, ut solatiū, gau-
diūq; cumuletur nobis,
& spei nostræ accedat mul-
ta firmitudo, Quæquidem

spes ceū anchora quædam
est, per quam animus inter
pericula huius sæculi; ve-
luti inter concitatos fluctus
maris tenetur fixus, immo-
bilisque, ne huc, illucque
agatur tranuersus. Deinde
noua quædam fiducia no-
bis adiicitur, ut ad æterni-
tatem veniamus: cuius adi-
tum patefecit Christus fa-
ctus Pontifex in æternum
secundum ordinem Mel-
chise-

chisedech. Vere hinc tranquillum efficitur cor nostrum: nec quidquam est, quo æquus constabili illud possit, ut est iuramentum Dei confirmatorium promissionis huius. Nam si tunc mens nostra in aliqua conquiescit assertione, cuam in propria resoluit principia, ex quibus trahit suam originem: non minus appetitus humanus, tranquilla instatione componitur, ubi tam conuincens testimonium adest incomparabilis veritatis, tam insignis contestatio intercedit non verbi nudi, sed & divini iuramenti. Hinc oritur, (ait Apostolus) maxima quædam certitudo spei ad obtinenda, capessendaque bona cœlestia. Quæquidem spes velut anchora est fixa in medio mari, tenens nauem mentis nostræ immobilem, & à fluctu, ventorumque impetu omnino securam. Hanc vero anchoram spei figendam esse in Deo affirmat idem

Apostolus, donec ad arcana illa, quæ sub velamine reconduntur pertingere valamus, quo ingressus est Christus Sacerdos non temporarius, aut certo fine claudendus; sed in aeternum mansurus. In quibus verbis exhibetur occasio dicendi de nostri excellencia Sacerdotis: cuius tenuis quædam deliniatio & deficiens imago præcesserat in Levitico sacerdotio. Etenim iuxta veterem constitutionem Domini soli Summo Pontifici fas erat penetrare usque ad interiora velaminis, nimirum usque ad Sanctas anætorum. Sed & introitus in Sancta non erat frequens, imo quotannis semel tantum ei patebat ingressus ad Sanctuarium illud. Huc introisse perhibet Apostolus Sacerdotem nouum secundum ordinem Melchisedech, non quasi ad umbratile, ac typicum Tabernaculum, sed quasi ad plenum veritate cœlestium illorum bonorum.

2

Heb. 10. rū. *Umbras enim (ait noster Paulus) habens lex futarorum bonorum, non ipsam imaginem rerum per singulos annos eisdem ipsis hostijs, quas offerunt indesinenter, numquam potest accedentes perfectos facere.* Quid vero functione Christi, & Sacerdotalis administratio? paulò ante velut in summam rediges idem Apostolus, quæ de illius efficacia enunciari potuerunt, perfectius quoddam nobis depinxit tabernaculum mansionum cœlestium, quod suo ingressu patefecit nobis Pontifex noster introiens per sanguinem suum seipsum in sancta. *Capitulum (ait) super ea quæ dicuntur.* Tabemus Pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis sanctorum minister, tabernaculi veri, quod fit Deus, & non homo. Ministrum appellauit sanctorum, eum qui in sancta illa cœlestia introiit

per sanguinem suum. Vbi & ingens quoddam aperiatur discrimin inter utrumque Sacerdotium, & Sacerdotale ministerium, ne pe Leuiticum & nouum, quod in Christo initiatum & consummatum est. Etenim legalis Sacerdos, quamvis copiam ipse haberet ingredients semel in sancta singulis annis; non tamen potuit introitus illius quempiam alium sibi consortem aseiscere, ubi multam infirmitatem, & impotentiam profitebatur Pontifex ille. Neque enim plenam cœlestium arcanorum intelligentiam poterat alijs præstare, quibus non patebat aditus ad secretius Tabernaculum, in quo recondebantur figuræ sublimiorum bonorum. Neque vero mirum: quia nondum patefacta fuerat veritas, in quam figuræ illæ intendebant: nondum se proddiderat corpus, cuius anti-

63

3

antiqua illa sacramenta erant vmbrae. Deinde & il lud multam virtutis indigentiam præferebat in eo Sacerdotio, nempe, quod neutique esset potens introducere homines in superna tabernacula; quæ in Sanctis Sanctorum significari videbantur. Virtusque autem repositum erat nostro Summo Sacerdoti, qui Pontifex dictus est futurorum bonorum. Ipse unica hostia sanguinis sui, sic semel ingressus est interiorius sanctuarium aeternorum bonorum, ut simul aperuerit ianuam ceteris hominibus, & ad intellectum sacramentorum latenter sub cortice priscarum ceremoniarum, & ad ea consequenda, quæ sub utrisque abscondebantur. Duo hæc mirabilia effecta contemplari licet in sacerdotio Christi: quo sicut vetus aliud consummatum est, ita & consummationem accepit humanum desiderium. Et alterum qui-

dem eorum significatum est a parte in discussione velaminis ad introitum nostri Pontificis in sancta per sanguinem suum. Nam in disruptione veli, quod dicitur Templi, seu Tabernaculi, vel Sanctuarij, reuelatio facta esse notatur eorum sacramentorum, quæ ad hac Militantem Ecclesiæ Christi pertinebant. Huius velamenti ruptio manifestū effecit, quod sub caligine venerabatur antiqua Letitiam, & Sacerdotum religio. Nam quod velamen interiorius contegens Sancta sanctorum interim individuum & integrum permanerit designabat, eosque ignorata, seu inevidentia nobis permanere, quæ Dei sunt, & aeternæ beatitudinis, quamdiu ambulamus per fidem, donec ad speciem perueniamus Iam vero sublatis de medio in uolucris figurarum lux magna effulsit fidelibus, & multo explicatior notitia mysteriorum collata est illis per

*Phile. de
Gigantie.
Tert. ad
uer. Mar*

*Hier. ad
Heditiæ.
q. 8. Cy-
ril. 12. in
Ioan. ca.
32.*

Apoc. 5.

Capitulum tertium decimum:

05

per eum qui habet clauem David, cuique acclamatum est a viginti quatuor senioribus. Dignus es Domine aperire librum, & solnere septem signacula eius, quoniam occisus es. Quod enim significatum fuerat in ablatione velaminis, id declaratum est in apertione sigillorum, & reseratione libri signati. En tibi effectus prior ingredientis per proprium sanguinem in sancta, nempe ut reuelaret nobis abscondita velaminis; quod autem peruvia nobis fecerit sancta illa coelestia

satis explicitum effectum est, eo testimonio; quod & hucusque persequimur ad plenam enarrationem illius. Incedentem (air) usque ad *Heb. 6.* interiora velaminis, ubi precursor pro nobis introiit Iesus. Plane disrupto externo velamine ipse ad interiora penetrauit, & vsq; ad Sanctas sanctorum introgressus spem nostram erexit, vt eo pertingamus, quo Pontifex & Præcursor noster Crucifixus, & morte peruenit. Ideo nāque ille præcucurrit, vt demum cōsortes nos faciat eiusdem beatitudinis.

CAPITVLVM XIII.

Duo collata per sacrificium Christi. num. 1.

Christus suo sanguine aditum nobis fecit ad cœlum.

num. 2.

Sacerdotij Christi stabilitas & efficientia. num. 3.

Sacerdotij aeternitas unde pensetur. num. 4.



ERVM, vt tibi faciant fidem, non aliud de illorum & claritatem, & firmamentum accipiendū cēso, quam ex magno af-

E ser.

*Heb. 9. sertore diuini Sacerdotij
Paulo Apostolo. In priori
quidem (ait) tabernaculo
semper introibat Sacerdotes
sacrificiorum officia con-
sumantes. In secundo an-
tem semel in anno solus Tō
tifex non sine sanguine, quē
offerret pro sua, & populi
ignorantia, hoc significante
spiritu sancto nōdū prepa-
latam esse sanctortū viā prio-
re tabernaculo habente sta-
tam : quæ est parabola tē-
poris instantis. Quid putas,
ait Paulus, adumbratum, de
liniatumq; fuisse cæremo-
nijs illis, quod summus Sa-
cerdos cum victima & san-
guine cuiuspiam animalis
ingrederetur semel annis
singulis tabernaculum in-
teriorius, quod dicitur Santa
sanctorum? sane imago illic
expressa est eius, quod in
Christi morte fuerat ge-
rendum. Repetita hostia
& ideintidem accersitæ vi-
ctimæ quasi minus effica-
ces, apertum nobis instrue-
bant argumentum, quod
nondum patefacta suis-*

set via sanctorum cœlestium, & supernæ fœlicitatis, quandiu tabernaculum illud in suo statu perdurabat. Dimotum est autem ab statu suo per intreitum summi nostri Pontificis in sancta cœlestia, & per disruptionem velaminis, ut in altero significata sit manifestatio sacramentorum si dei: in altero quasi ius nobis collatum in Dei Filio ad hæreditatem paternam obeundam in cœlis. Strata etenim nobis est via hæc per Pontificem bonorum æternorum introeūtem semel imperfectius tabernaculum non manibus extructum, sed sublimioris edificationis, quem admodum in perpetuo contextu orationis explicatur in hæc verba. Christus autem assistens Pontifex futurorum honorum per aplius, & perfectius tabernaculū nō manufactū. Id est, nōhuius creationis, neque persanguinem hircorū, aut vitulorū, sed per proprium sanguine
introti-

*introiuit semel in sancta
æterna redēptione inuen-
a. Quia dixerat illa fuisse
in parabolam temporis in-
stantis, allegorizat Aposto-
lus, & quod vetus Sacer-
dos in carnali obseruantia
solitus erat agere ingre-
diens tabernaculum inte-
rius, id Christum non in
figura, sed in veritate se-
mel egisse commemorat,
dum per proprium sangu-
inem viam muniuit sibi ad
introitum mansionum cœ-
lestium, ubi & in eis verbis,
quibus Pontifex noster in-
uenisse dicitur æternam re-
dēptionem insinuatum
est, quod ingressus ipsius in
sancta non ad ipsum tantum
pertinuerit, sed ad vniuer-
sitatem electorum, qui-
bts patefacta est via ad
idem tabernaculum in san-
guine ipsius. Idecirco,
& cum iureiurando in-
stituitur Sacerdos, & Sa-
cerdos in æternum, ut per-
petuitas fœlicitatis & pos-
sessio bonorum æterno-
rum, ad quæ nos introi-
duxit illic nota sit. Nam NIVE
vt nobis homo factus est,
natus in mundo, passus
in Cruce: & nobis
impensus est Sacerdos in
æternum quasi semper
viuens, ad interpellan-
dum pro nobis; semper
hostiæ suæ virtutem per-
ducens ad effectum re-
dēptionis æternæ. Etenim
qui solus per sanguinem
scum ingressus est sancta
non solus illic sibi mansio-
nem fecit, sed alijs viam
præmunire curauit, vt non
esset caput ibi sine corpo-
re, & membra efficeren-
tur eiusdem gloriæ con-
sortia: profecto qui eiusdem
viræ voluit nos esse parti-
cipes, eiusdem quoque reg-
ni cohæredes efficiet se-
cum; nec diuidi patietur in
gloria, quos eadē cōpago
mystici corporis tenet in
vnū copulatos. Nā & hæc
quasi mutuo inter se cohæ-
rentia in vnū cōiunxit idē
Apostolus, Cū efferemus (in-
quies) mortui peccatis co-
uturificari nos Christi quietus Epheſ. 2.*

gratia estis saluati, & con-
resuscitauit, & confedere-
fecit in cœlestibus in Chri-
sto Iesu. Vita in Christo cō-
resuscitari ei nos facit, &
cōfessere illi in cœlestibus,
mortuos quidem peccato,
viuentes autē Deo, ut fiat
quod dictum est: *Si autem
mortui sumus cum Christo:
credimus quia simus etiam
vivimus cum illo.* Merito
igitur Prophetam nostrū
sublimia quædam intonan-
tem audimus de nouo Pon-
tifice Christo, cum ita pro-
nunciat. *Iurauit Dominus,*
& non pœnitabit eum: tu
es Sacerdos in æternum. Ibi
enim, & sacerdotij stabili-
tas, & sacrificij vñici per-
petua efficientia notatur.
Et qui cum interpositione
iusiurandi consecratur in
Sacerdotem, id agit in no-
bis, ut nec diffidat hu-
mana mortalitas de pro-
pria salute, nec desperet de
illius duratura efficacia,
cum virtus Holocausti co-
æterna sit imposterū Sacer-
dotio Christi, quod in æter-

num esse permansurum au-
diuimus. Etenim ut Sacer-
dotium est æternum: ita &
sacerdotij operatio sempi-
terna erit in electis. Quini-
mo et si substantia sacerdo-
tij huius in æternum perma-
neat, præcipua tamen æter-
nitatis ratio, quam tribui-
mus huic Pontificiæ digni-
tati, posita est in esse cu[m] ip-
so perenni; quod & suo lo-
co reddemus explicatiu[m].
Vbi ergo iurasse dicitur Do-
minus, super æternitate Sa-
cerdotij Christi Domini,
pignus nobis fidei & fideli-
tatis suæ contulit, quod ne-
gotium humanæ reparatio-
nis perpetuum foret, & ef-
fectus sanguinis Christi
nullo fine claudendus es-
set. Et hæc quoque paulò
explicatoria sient, cum add
illud deuenerimus discri-
men, quo Christi Sacer-
dotium a Leuitico
ipso diuidi.

CA-

CAPITVLVM XIII.

*Sacerdotium vetus quare non fit turatum. num. 1.**Lex vetus & sacramenta illius quomodo æterna.
ibidem.**Sacerdotij veteris abrogatio per nouum. num. 2.**Promissiones novi Testamenti sublimiores num. 3.**Legis & Sacerdotij commercium. ibid.**Legis infirmitas à Paulo comprobata. num. 4.**Sacerdotium quasi legis perfectio. ibidem.*

DVPLICI lex no-
mine Leuiticum sacerdotium non
legitur fuisse iuramento fir-
matum: quainvis diuino
edicto fuerit conditum, &
sub certis legibus institu-
tum. Primum quidem ob
illius imperfectione, quod
insufficiens, & impotens
fuerit ad conferendam gra-
tiam, quod minus haberet
virium ad periendam ia-
nuam regni cœlestis. Nam
& a contrario nos eam as-
signavimus rationem ob
quam Christi Sacerdotium
fuerit iuramento robora-
tum; nempe quod præ-

cellentis esset virtutis inter-
cetera. Altera vero causa
propterquam simplici &
non iurato Verbo institui-
tur antiquum sacerdotium
ea est, quia habiturum non
erat stabilitate in qua attri-
buimus Pontificio Christi.
Quin potius eode iurame-
to, quo nouus & in æternū
máurus Pontifex vngitur
constituiturq; ecce propositis
dissoluitur vetus sacerdo-
tiu[m] quasi genu instrumentum,
iaque inutile redditum post
vnâ oblatione facta in Cru-
ce. Quod si quando audiste
stamenet illud vetus, ca-
renias, sacrificia, sacra[m]e-

tave illius conferri hemi-
nibus in aeternum: accipe
non meam sed Patrum in-
terpretationem & senten-
tiam in hac parte. Etenim
in diuinis Scripturis appellari
non oculorum quae consuevit, aet-
ernum cui certus terminus
non praesigitur, licet alio-
qui sit suo fine claudendu.
S.Thom.
1. 2. q.
103.3 &
ad 1. &
4. contra
Gent.ca.
17. beat redimi, aut in liberta-
tem afferi. Quia vero & le-
gi, & ritibus illius non praescribebatur finis certus, ad
quem usque permanere
deberent, ideo nonnum-
quam ea dici aeterna com-
peries: aut etiam ut alias an-
notationes omittamus in
aeternum lex & mandata
conferri afferantur, quod
in veritate significat perse-
uerent in perpetuum. Alio
quin vero aeterna dici ne-
queunt, quae per nouum
Christi Sacerdotium, &
nouum in sanguine ip-
suis confirmatum. Testa-

mentum abolenda erant,
etenim postquam dixerat
Apostolus. Coe statu enim
quoniam tu es Sacerdos in
aeternum secundum ordinem
Melchisedech. Illud quasi
appendix superioris affer-
tionis curauit attexere. Re-
probatio quidem (inquietus)
sit praecedentis mandata
propter infirmitatem eius.
& inuiditatem. Ita nimi-
rum loqui visus est diuinus
Apostolus, ut instrumenti co-
testatio, qua nouum sacer-
dotium sanctitur in mundo,
sit veluti abrogatio prisci
Sacerdotij cum sacra-
mentis, & hostiis suis. Euacua-
tur namque imperfectum,
sua perfectione aduenien-
te, quam e temporis nos do-
namus, ubi consummatio fa-
cta est Holocausi oblati a
Christo. Paulus enim ex
Pontificia dignitate, cuius
vnica fuit victimam, quasi
pertotum virg decursum
ad mortem usq; collegit ex
terminium legis & veteris
Sacerdotij. Et hec est prior
causa discriminis in forma
utrius-

Heb. i.

3

Capitulum quartum decimum. 71

utriusque instituendi Sa-
cerdotij, quod nimis il-
lud esset imbecille & infir-
mum: hoc magna polle-
ret virtute in saeculum ele-
ctorum. Idcirco, ait Paulus,
prior illud absque iuramen-
to inuehitur, ut aduenien-
te Sacerdotio iurato, con-
cidat, intereatque id, quod
minori constabilitum robo-
re fuisse videbatur. Ut trius-
que partes complexus est
ipse met Apostolus clausu-
la quadam longiori, qua
vnum cofert & prefert al-
teri, in hac verba. *Et qua-
rum est* (inquit) *non sine
iure iurando, ali⁹ quidem si-
ne iure iurando Sacerdotes
facti sunt.* Hic autem cum
iure iurando per eum, qui
dixit: *iuravit Dominus,*
& non poenitebit eum:
tu es Sacerdos in aeternum:
In tantum melioris
Testamenti sponsor factus
est Iesus, quanto, ait, ma-
ior est excellentia Sacer-
dotij cum iure iurando san-
cti: quam sit eius, quod
olim sine iure iurando ac-

Heb. 8.

E 4 Quid

Quid miramur, ait Apostolus, eminentiam sacerdotalis honoris in Verbo incarnato? Sanè qui melius Testamenti Mediator, immo & Autor est dedicatus legem gratiae, & promulgator effectus cœlestium promissionum quid mirum si præcellat Pontificia dignitate, quam & sub iuramento accipit in æternum duraturam? Indissoluble commercium legis, & sacerdotij rimatus Apostolus legem illam fecit infirmam, ex qua non potuit vera comparari iustitia: ac subinde sacerdotale ministerium, quod sub illo Testamento fuit, egenum & vacuum virtute fuisse colligit, velut impos remittiendi peccata, & euehsndi ad fastigia cœlestium mansionum. Ut autem sacerdotum illorum ministerio euulgata est lex, quæ iustificare non potuit: ita per Sacerdotem nostrum collata est lex gratia; immo & gratia plenitudo in ho-

mines refusa est. Lex vero & sacramentorum religio, & sacerdotium consequenter se habent, ut omnia & singula eadem virtute polleant ad præstandam iustitiam. Neque vero mireris si tam longo interuallo distare faciamus, & Testamenta, & Sacerdotia hæc duo: oportuit enim prioribus seculis erudiri homines figuris imaginibus, & quasi viuis quibusdam rerum exhibendarum apicibus, donec ad veritatem legis, doctrinæq; Euangelicæ peruentum esset. Idecque ipsemet Apostolus ad Galatas scribens appellat sacrificia, cæterasque legis cæmonias infirma & egena elementa. Erant enim quasi puerilia quædam initia, & prima rudimenta; quibus homines paulatim ducerentur ad ea, quæ sunt Euangelicæ doctrinæ, & gratia. Id ipsum ferè totius Epistolæ ad Romanos videretur fuisse unicum argu-

argumentum: & in ea re, netur ad eos perficiendos, vt aperiret discriminem vtriusque legis multus fuit idem Apostolus ad Galatas, & ad Hebræos scribens: vnum vero quasi à posteriori, & effectu, aut vero magis ab incommode subsecutis argumentum instruxit quo videtur in causa euicisse, dicens: Si per legem esset iustitia; ergo gratis Christus mortuus est. Et rursus: Si data esset lex, quæ posset iustificare: vere ex lege esset iustitia. Exterruit Apostolum incommodi magnitudo, quasi monstriferocia; nimirum quod legi, & operibus illius donaremus iustificandi vim quasi detratum sit fidei, promissio ni, & veritati redemptoris exhibitæ, vbi sic indulatum videatur fuisse legi: cum autem sacerdotium sit veluti legis perfectio; & lex quæ hominibus fertur, non ordinatur ad eos perficiendos, nisi medio Sacerdotio, quod est ad Deum, consimilem huic inuenit ipse met Apostolus ratiocationem, collectionemque de sacerdotio ipso in Epistola ad Hebræos: Si ergo (ait) consummatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech a lium surgere Sacerdotem? Defectus consummatio nis, & perfectæ iustitiae, quem veteri adscribimus sacerdotio, necessitatem importauit secum noui Sacerdotis, qui secundum ordinem Melchisedech dicaretur, & non secundum ordinem Aaron: alioquin enim quorsum necessaria foret & legis & sacerdotij translatio, mutatioq;

CAPITVLVM XV.

Promissiones antiquæ in Christum relatæ. num. 1.

Iustitia quomodo ex promissione. ibid.

Patrum intentio in vitam Saluatorem. num. 2.

Finis intentio in Patribus num. 3.

Iustitia nostra & Patrum ex promissione. num. 4.

1

Gal. 3.

 VOD sivim & neruos aigumēti huius eruere contendis id totis egit viribus Paulus, ut ilius robur aperiret nobis, c̄ia it. Abrabae dictæ sunt promissiones, & semini eius: non dicit, & seminibus quasi in multis sed quasi in uno, & seminituo qui est Christus. Univeritatem promissionū ad Christū retulit Apostolus, quod ipse sit origo & finis, ab ipso omnia & omnia per ipsum. Hoc autem {ait} dico testamentum confirmatum a Deo: Hoc plane testamē tum est, & pactum duplicitimoniaco robore confirmatum, ne p̄ diuini ver-

bi & iurationis: quemadmodum in adductō iam loco testatus est Apostolus dicens. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hæreditas immobilitatem consilij sui interposuit iustitiam: ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deū fortissimum iustitiam habeamus. Cōdistinxit ergo Paulus illuc promissionem coram legem, ut nō ex' ege sed ex' promissione esse iustitia nō ex operibus legis, sed ex fide Iesu Christi in quæ promissa illa intendebant. Huc totam sermonis energiā conuenit Apostolus dicens: Nam si ex lege Cal. 3. mis:

Heb. 6.

Mat. 21

Act. 4.

Capitulum quintumdecimum.

75

missione, & rursus Lex ergo aduersus promissa Dei abſtit. Tota itaq; intētione mētis id legit Apostolus, ut in promissione & fidem viuā vnius Redemptoris resoluerit omnem iustitiam, & cōsummationē gratiæ sine impenſæ prioribus sacerdotiisue impendendæ impostrum, quibus suis hominibus. Idcirco recte Patres eore latum esse voluerūt, quod turbis præcedentibus, & sequentibus Christū ita prōnunciatum audiuimus. Hosanna filio David. Hosanna in altissimis. Etenim siue anteriores aduentū, siue posteriores illo, huc intentione desiderij sui ferebantur, ut sibi allequeretur salute per vnu omnium cōmunitatē Saluatorē. Sic etiā accipiendum est, quod in Actis Apostolicis ait Petrus Apostolorum Princeps in hunc modum. Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. & rursus. Et non est in aliquo alio sa-

lus. Nam & si de huius temporis hominibus peculiarier contextus sit sermo, qui iam persuader exibita redēptione per Christum: generaliter tamen clausula, generalem etiam intellectum postulat, ut ad omnia sacerdotia, ad omne genus hominum, ad omnem statum siue legis natum, siue Testamenti veteris, aut etiam noui pateat Apostolica illa sententia. Attendentes autem Patres secundū sanā Theologiam, quod de fide promissionis assertum fuerat à Paulo, sic attribuerūt Sacerdotio, sacrificio, sanguini, morti, & Crucis Redemptoris, q̄ erat humanæ iustitiae, ut in Patribus anterioribus per modū finis actum sit, quod in nobis agunt illa secundum formam causæ esse tricis. Etenim fides sponsionis, intentio per fidem & charitatem in promissa illa Dei proderat hominibus ad salutem, ut id allequerentur ex promissis, quod pos-

3

nos ex collatis assequi-
mūr. Nam & frequenter
ita fit, ut pacta, & pro-
missiones, maximē si iura-
mento firmantur, æquam
vīm habeant, ac si res ip-
sa exhiberetur præsens. Se-
pe fide ihūssio vīctum ab-
soluit, & educit de car-
cere, aut captiuum redi-
mit, perinde ac si pre-
tiū fuisse iam perso-
lūm. Et illi quidem ex
foedere, promissioneque
facta de sacerdotio, sa-
crificio, de pretio san-
guinis effundendi pro no-
bis adepti sunt, quod nos
obtineimus quasi præsen-
ti victima, & pretio
iam reddito. Sic plena
iustitia & illis, & nobis
obuenit ex promissione,
& re promissa non ex le-
gis antiquæ efficacia. Ex
quibus statim consquen-
sit, ut nullum sacramen-
tum, nullumque sacri-
ficiūm antiquius incarna-
tione, passioneque Re-
dēptoris vim vīlam habue-
rit conferendæ gratiæ.

Nam & sic verbis subin-
de repetitis contestatus
est noster Apostolus, vñi
ait. *Scientes autem quod Gal 2.*
non iustificatur homo ex
operibus legis, nisi per fi-
dem Iesu Christi, & nos
in Christo Iesu credidi-
mus, ut iustificemur ex fi-
de Christi, & non ex operi-
bus legis; propter quod
ex operibus legis non iu-
stificabitur omnis caro.
En tibi elucet veritas Apo-
stolicae huius assertionis, vt
infirmum agnoscas vetus
Sacerdotium, & legem cū
oblitionibus suis minus ef-
ficacē fuisse deprehendas
ad expiāda criminā & per-
ficiēdā sanctificationē in
hominib⁹. Iā etiam vis pa-
ter collectionis inducta ab
eodē Apost. Si enim vi. t⁹
inerat legi sacramētis sacri-
ficijsq; illius ad peccata di-
luenda, si extra Christū re-
perta est salus, si iustitiae, ac
vitę munera ex operib⁹ col-
lata sunt & nō ex promissio-
ne; sine causa mortuus fuis-
set Christ⁹ in cruce, quorsū
noua

Capitulum sextumdecimum.

77

noua rerū materies? quor-
sum tam ingentia, & inau-
dita molimina, vt maiestas
illa in nostras seſe mīse-
rias demerget; & Dei Fi-
lius pretio ſui ſanguinis re-
dimire niteretur ſeruulum
vilem? quod ſi nihil inſi-
piens, nihil temerarium ſuſ-
picari licet de ſapientia illa
immensa. fatere cum Apo-
ſtolo legem cum Sacerdo-
tio ſuo minus valuisse adiu-
ſtiani, & ſanctitatem p̄r-
ſtandam. Neque veſiō gra-
tis & ſine cauſa mortuū in-
fuſiſe dixeris eum, cuius ad-
uentu ſeruabatur & ſacra-
mentorum virtus, & huma-
næ redēptionis vera effi-
cientia. Nam & lex & legi
opera virtutis expertia re-
perta ſunt, vt ſalutis pleni-
tudo ſeruaretur vni Redē-
ptori, qui mortis iura diſ-
ſolueret, reconciliationem
aduceret, & viam æternæ
vitæ mortalibus aperiret.

CAPITVLVM XVI:

*Legis veteris fructus, & effectus. num. 1.**Legis inopia desiderium excitauit gratiæ. num. 2.**Lex morbum ostendit, ad medicum ut configua-
tur. num. 3.**Aqua legis turbatæ in ſalutem. num. 4.*

I
Galat. 3.



V I D igitur
lex? Inquit Apo-
ſtolus: ſi nō erat
per legem iu-
ſtitia non consummatio,
non affecatio hæreditatis:
quorsum lex inuecta est in

mūdum? Propter transgres-
ſionem(ait) posita est, do-
nec veniret ſemē cui promi-
ſerat In medio posita fuit
inter promissionem, & eū
cui facta est promissio, ut
quæ populu erudiebat in ti-
more

more Domini , paulatim manuduceret ad esse quendam promissam hæreditatem in semine Abrahæ. Propter transgressionem posita dicitur , vt vel misericordia deterret à crimen, & quæ virtutis energia non poterat cohibere à peccatis , id saltem persuadere niteretur ex cognitionis eidētia. Sic enim effectum iri nouit legislator , vt audius quæretur medicina cognito morbo , quem lex curare non potuit. Et sic votis maioriibus expectaretur Saluator , vbi salus aliunde prouentura non sperabatur. *Ioan. 1. Lex enim (ait Ioannes) per Moysem data est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Lex vmbbris, & imaginibus hoc egit, vt expectaretur gratia & veritas promissionis: quæquidem per Christū facta est, & efficaciter obtenta, Donec veniret semen eius promiserat: Donec promissio imp' eretur, & ino-*

pia mundi transiret in plenitudinem gratiæ , donec figura in veritatem , prophetia in manifestationem, legis indigentia in diuitias Euangelij commuta retur. Docuit lex quid non posset, vt ab eo expectaretur firmamentum virtutis, qui solus est potens ad præstandam salutem. Nam & Eliseus , qui Dei salutem præferebat in nomine, aut Deum Saluatorem in se ipso videbatur effingere, id nobis expressius tradidit, quod in lege & in Evangelio gestum fuisse agnoscimus. Is namque baculum suum tradidit seruo suo Giezi , quasi Dñs Moyse 4. Reg. 4 silegem conferens ostendit in puerō suo imponentiam legis ad vitam, aut sanitatem præstandam. Neque enim Giezi baculo adhuc fuisse potuit filium Suramitis , donec ipsius Eliseus quasi Dei salus adueniret, vt spiritum virtutis mortuo restitueret. Forte arrogans erat mun-

dus

dus in lege naturæ , & plerique mortalium vim comparandæ iustitiæ adscribant sibi, quasi ex semetip sis potentes forent ad illam assequendam, & exequenda opera veræ virtutis. Non deest, (aiunt) qui faciat, sed deest qui præcipiat: data est lex cum præceptis suis , vt homo suum morbum agnoscat, suam imbecillitatem profiteatur , & gratiam postuleat impendi per Christum ad ea implenda, quæ diuinæ sunt legis. Nam & ita segerit vir medicinæ peritus cum eo quise sanum , & nullius opis egentem se esse contendit, vt sanitas studia , exercitiaque illi præscribat, seu præcipiat quo imbecilles suas vires expertus agnoscat & gritudinem , & remedium illius diligentius exquirat. Lex naturæ se impotem professacurationis, & perfectæ sanitatis præstandæ, quæ si ad baculum legis, Sacerdotij, sacramen-

torum veterum accurritur visa est : nec tamen illo adhibito promouit quidam, nisi vi morbum quasi deploratum ostenderet, neque esse vires in humanis subsidijs ad eum curandum , aut suscitandum à morte, qui iam fuerat vita defunctus . Huius nuncius fuit Moyses , vt illic Giezi , quo festiuus adueniat Eliseus humanae fragilitati , mortalitatique se accommodans, & Dei salus è cœlis descendat, Deiverbum se induat carne mortali , vt vitam præstet defuncto , iacentem erigat, & vivifica proprij sanguinis virtute in pristinum statum restituat totum genus humanum. Ipse adueniens in pristinam libertatem afferuit captiuos , explicit homines vinculis peccatorum, consolidauit claudos , robur adiecit infirmis, mortuos in peccatis reuocauit ab inferis , verè illic Dei salutem adesse perpendas.

Ioan. 5. das. Ipse met Redemptor est Angelus, cuius in histo-
ria Euangelica meminit
Ioānes Euāgelista. Is enim
aqua pīscīnāe turbabat, &
comīnōuebat in salutem,
vt deīnum optata sanitātē
potiretur, qui motū aquā
diutius prāstolari videba-
tur; non potuit plane Te-
stamentum illud cum om-
nibus lotionib⁹, ac purifi-
cationib⁹ suis curare mor-
bos & efficacia illis reme-
dia cōfere, donec Ange-
lus eterni consili⁹ aquas le-
gis antiquā conturbaturus
aduenisset: iamque sacrifici-
cljs & cæremonijs alijs suā
consummationem affer-

Luc. 10. ret. Denique ipse fuit Sa-
maritanus ille, qui multo
benignitatis affectu susce-
pit saucium, quem nec Le-
uita nec Sacerdos curare
potuerunt, vt vino & oleo
infuso vulnerib⁹, & con-
fectis ex propria carne, san-
guineque medicam inib⁹
appositis que alligaturis sa-
cramentorum, eum tandem
prīlināe sanitati restitue-

ret: trāsierat enim Leviti-
cum Sacerdotiū: iam pre-
terierant hostiæ, sacra me-
taque legis: nec inuenerat
miser peccator, qui medici-
nam salutis ei posset cōfer-
re, tantum se agnoscebat
reum commissi criminis, vt
disceret per fidem promis-
sionis acceptæ inuocare
Saluatorem iuxta Paulivo-
cem, vbi ait: *Conclusit scrip- Gal. 3: 13*
tura omnia sub peccato, vt
*promissio ex fide Iesu Chri-
sti daretur credentibus.* Id
inquit, effecit lex scripta vt
manifestam redderet ipsam iniquitatem, quo pro-
missionem veræ iustitiae
non alia via intelligere-
mus implendam, quam per
vnum Dei & hominū me-
diatorem, Christū Iesum.
Fuit ergo necesse, vt nou⁹
Samaritanus viam nostrā
mortalitatis ingrediens, cu-
ram vulneratigeret et ampliorem, & quem lex, Leui-
ta, Sacerdos prāterierant
suam imbecillitatem, & vir-
tutis inopiam profitentes,
ipse multa potestate, benig-
nitate-

nitateque ad sanitatem re-
duceret. Hæc longioriora
tionis funicul⁹ hucusque
deduximus, vt ostendere-
mus inualidam fuisse legē
cum apparatu cæremoniā
rum suarum, & sacerdotiū
legi connexum minus effi-
cax ad eum effectum, qui
potissimè queritur in sacra-

mentis, sacrificijsque, nimi-
rum ad gratiam, & satisfa-
ctionem pro peccatis ef-
ficiendam in hominibus.
Vnde illud fuit conse-
quens, vt ea non debue-
rint iureiurando confir-
mari ob imperfectionem
propriam, quam in se ipsis
gestabant.

CAPITVLVM XVII.

*Legis, & sacerdotij instabilitas. nu. 1. Iudaici Reg-
ni & sacerdotij subuersio. ibid.*

Legis interitus latius à Paulo comprobatus. num. 2.

*Metaphora ex matrimonio desumpta. ibid. Pu-
pillary conditio. ibid. Redemptio à legis seruitu-
te per Christum. nu. 3.*

*Legis veteris exterminium per legem Euangeli-
cam. ibid.*

*Regni cœlorum promissio in noua lege num. 4. Alta-
rium extructio ad Orientem. ibid. Tabularum cō-
fractio. ibid.*

*Legis Euāgelicæ firmitas. num. 5. Iuramenti vis
ad nouum Testamentum relata. ibid.*

IACTE NVS. de ratione priori dissertum est, ob quam nec sacerdotium veris, nec lex ipsa sub iuramento fuerint tradita. Ea fuit ob defecatum virtutis, ab sterilitatem multam, & bona frugis inopiam. Altera est quæ illinc appendet, nemp. legis instabilitas, celerisque subuersio sacerdotij, quod neque in seipso, neque in effectu suo potuit esse perpetuum. Quid enim iurationis suæ tam solida confirmaret autoritate, quod apud Esaiam velut iam euomiturus fuisse prædicatur. Vbi sic ipsum loquenter audimus. *Quo mihi, (ait) multitudinem victimarum vestrarum? holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum & agnorum, & bircorum nostrorum.* Quod derelinquenda fore prædictur filia Syon, quasi vmbraculum in vi-

tij

tij veteris interitu multis permanet in vigore & robusto suo. Nam quæ sub viro est mulier vivente viro, alligata est ligo; si autem mortuus fuerit virus soluta est a lege viri. Accommodat Paulus inductam metaphoram instituto suo dicens: *Itaque fratres mei, & vos mortificati estis conatus est rationibus tump legi per corpus Christi, vel alibi, tuin vel maximeq; sitis alterius, qui ex mortis Epistola ad Romanos, tuis resurrexit.* Perita est ad Galatas, & Hebreos. parabola ex coniugij levatisque rerum similitudinibus, quibus astricta est vxor quando maritus eius vixerit, quod si virum ipsum ea superflite migrare ex hac vita contigerit: iam vinculum matrimonij disempium est, & soluta pristina obligatio. Hoc ipsum evenisse hominibus affirmat Apostolus in ijs, quæ ad legallim obseruantiam pertinebant. Mortua namque lege sub qua homines militabant, figuris abolitis per superuenientem veritatem Dominici adventus, & mortis dissol-

uitur nexus quo tenebantur astricti. *Mortificati* (ait) *estis per corpus Christi*. Mortua ex lex, ablata est vis illius quasi figuris, & rerum imaginibus profligatis per corpus & exhibitatam veritatem, & per mortem Christi, quæ legalibus consummationem adduxit, eliminata sunt veteris Testamenti cæremoniæ. Alibi autem parabolam de coniugata fœmina commutat alia, quam de pupillo subinduit in Epistola ad Galatas.

Gal. 4.

Quanto tempore (ait) *haeres parvulus est nihil differt a seruo, cum sit dominus omnium: sed sub tutribus, & actoribus est usque ad præfinutum tempus a patre*. Ita & nos cum essemus parvuli sub elementis mundi eramus seruientes. AEtate minores ut minus compotes sui sub clientela pupillari constituti licet aliqui plenum ius habeant ad paternâ hæreditatē, nihil proprio, sed

omnia tutorum, auctorumque iudicio peragunt vix in hac parte discreti à conditione seruorum. Sic, ait Apostolus, quādiu parvuli eramus sub legis traditionibus, quasi sub primis elemētis, & puerilibus rudimentis, alligati esse videbamur carnalibus obseruantij, quas a nobis excutere non possemus. At ubi ætatis prœiectioris attigimus plenitudinem, cessauit seruitus cōtritum est iugum legione rosæ, ut vindicaremur in libertatem Euangelicæ perfectionis. Vbi venir plenitudo temporis, nimirum adhanc consummationem præstandam hominibus, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum recipereimus. Redempti dicuntur homines à lege seruitutis, & lege timoris, ut adoptionem filiorum sortirentur in lege amoris, & perfectæ libertatis. Ut

pue-

3

Ioan. 1.

Galat. 4.

pueri pannos relinquunt, uitati consulari sic dumum historiæ contextum claudit Apostolus : *Sed quid dicit Scriptura? Ei- ce ancillam, & filium eius, non enim erit haeres filius ancillæ cum filio li- beræ*. Ut autem legem illam seruitutis exclusam fuisse insinuaret per legem Euangeliæ & gratiæ, sic ad finem orationis ait. *Itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit*. Ecce lex perfectæ libertatis manet in æternum, exterminata ea quæ timori, & seruitutis dici consuevit. Nam & filius manet in domo in æternum : quod non ita de sruis assertum reperias. Idecirco & sacramenta, & sacrificia in figuram data sunt populo, ut faceissent reuelata veritate : & promissiones honorum temporalium in typum bonorum æternorum factæ sunt, ut cum Euange-

F 3

liu,

4

lium aduenisset, quo pau-
peribus Regnum cœlo-
rum annuntiatur, cœlet
lex minorum bonorum
promissoria. Nec enim
est quod iterum ad eaca-
pessenda anhelemus, de
quibus olim dictum fuis-
se audiuimus: *si ergo au-
deritis me, bona terra
comedetis.* Iam enim, vt
ante nos annotarunt Pa-
tres, vox turturis audita
est in terra nostra. Pœ-

*Hier lib. mitentiam ague: appropin-
q. 1. aduer- quabit enim Regnoram
sus Pela. cœlorum. Sic vt ea vox
Aug. 19. propriavideatur esse Euā-
contra gelij. Hæc sunt Euange-
Fausti. licæ gratiæ ac prædicatio.
Chryso. hom. 4. in nis primordia; ad quæ
Matth, prouocamur, incitamur-
que continuo, & voce Præ-
cursoris, & Domini cla-
moribus manifestis. Quæ-
rat sibi Iudæus diuitias,
qui ad veteres promissio-
nes conuertitur: at nouæ
legis professor bona illa
quasi caduca pertranseat,
qui ad æterna euocatur.
Nam & olim Occidētem*

versus fuerat extuctū Ta-
bernaculum, & Sanctas an-
chorū, vt inefficacia signifi-
caretur veteris Testamēti
ad bona permanentia con-
ferenda, vbi occidua, cadu-
ca & fluxa promittebantur,
donabanturque. Illa ete-
nim Occidētis nomine de-
notata sunt, vt contrariam
huic virtutem expendas in
lege nouæ gratiæ. In cuius
rei signum, & altaria ad
Oriente ædificantur ex an-
tiqua traditione, vt ad no-
ua semperque virentia in
æternitate sua intendere fe-
stinemus, quæ sub Orientis
appellatione significata sunt
nobis. Neq; verò in lege, &
Prophetis exclusam regni
pollicitationē esse volo: sed
quod ex vi legis & sacramē-
torū fuit, nihil perfecti bo-
ni & diuturni præstitū est,
vt inde illius perpendas in-
teriorum, quæ neutiquam
potuit ad cœlestium per-
manentem substantiam ho-
mines introducere. Cuius
rei mysterium in confran-
ctione tabularum expref-
sum

sum fuisse agnoscitur, vt
quod ex se fragile, & in
promissis parum stabilibus
positū erat dissolueretur
testamentū, quod verò fir-
mū, & in æternis bonis sta-
bilitum est in sua etiam fir-
mitudine permaneret. Nā
gen. hom. lex secundo accepta per
9. Rom. Moysen, quæ lex Euāgelij
3. Aug. significata fuit non confra-
cta, neque dirupta est ab ip-
so. Hæc etenim lex est de
qua intellexit Apostolus
Prophetam Ieremiæ vi-
sionem, cuius in superiori-
bus mentio facta est. *Ecce*
*Iere. 31. Hebr. 8. dies veniunt, dicit Domi-
nus: ergo consumabo superdo-
mum Israel & domū Iuda*
Testamentum nouum, non
secundum Testamentum
quod feci Patribus eorū. Il-
lud plane vetus, & vetusta
te sua facile interiturū: hoc
nouum & æternum: quia
& in bonis æternis constitu-
tum est. Fit ergo diruptio
fœderis, & pacti rescissio
cum temporarijs pollicita-
tionibus suis, vt firma sit
lex, quæ non terrestria &

5

peritura, sed cœlestia & per-
petua mansura pollicetur,
exhibetque. Quod verò pa-
ctum hoc absque iuramēto
compositum, initiumque
fuisse legiū argumentum
fit inefficaciæ, quam illud
pactum foret habiturum
in plerisque Iudæorum,
qui terram Promissionis
non erant ingressuri. At co-
tra quod cum iure iurando
pollicitationem factam dis-
soluerit Dominus dicens:
*Vt iurauit in ira mea si in-
troibat in requiem meā.* Ma-
nifeste declarat stabilita-
tem nouæ legis, earumque
promissionum, quam se-
cū adiuxit gratia noui Te-
stamenti. Fit enim pollicita-
tionis antiquæ irritatio cū
iuramento, vt dum intel-
ligis non esse ex lege iusli-
tiam, & hæreditatem æter-
næ vitæ, certo spes ex
promissione adipiscēdam
in eo, qui finis est & legis
& promissionis. Quinimo
& dissolutio promissio-
nis illius ad astruēdam per-
tinuit promissionem le-

gis nouæ: & non tam iurata est illic Iudæorum, & Iudaicarum cæremoniarum repulsa cum ijs, quæ ibi promittebantur, quam assumptio eorum, qui verè computantur in semine, ut hæredes sint promissionis Abrahæ. Qui cum cessasse agnoverint promissa illa prætina in meliorem, & manentem

substantiam, quasi iuratione confirmatam, contendere adnitentur ex multa fiducia concepta. Nam enim & legis edicta non comminuta, & sacerdotij æternitas cum iuramento aeterra, æternitati attestantur hæreditatis reprobmissæ cuius sponsor factus est Iesus Pōt̄ sex noster in æternū, & in seculū seculi.

CAPITVLVM XVIII.

Lex dissoluta per sui adimpletionem. num. 1.

Imagines abalentur in praesertia rerum. ibid.

Legalium quondam utilitas. num. 2.

Cæremoniarum veterum strues, quo pertinuerit. num. 3.

Sacramenta vetera effecta mendacia ibid.

Cessationis legalium duplex ratio. num. 4.



INTER ITVS
hic legis, & sacerdotij nō fuit
nisi in morte ipsiusmet Redemptoris per-
fectus: vbi suam consum-
mationem acceperunt omnia, quæ sub figura gere-
bantur in veteri Testamē-
to. Nam & sic effectū est,
quod ipsemet de illis asse-
ruerat dices: Non veni sol-

*Matt. 1
aere,*

vere sed adimplere. Nec quasi filia texentium abrūpere festinavit, quod diuinus fuerat intextum vinculum legis, ac præceptorum sanctorum: sed ea ipsa dissoluenda erat ex suinet adimpletione perfecta: lex & sacerdotium per sui consummationem abalentur exterminanturque: & vbi ex ore Domini mundus audiuit: *Consummatum est.* Ingrediente per sanguinē suum nostro Pontifice semel in sancta ibi umbra legis, sacerdotij, sacramentorum veterum cessit corpori, ac veritati legis nouę: & imagines in ipsa rei præsentia de medio sublatæ sunt: siisque ut adimpleatio, & perfectio eorum, quæ sub lege illa fuerunt, sit ipsorum abrogatio, & extinctio, abit enim quod imperfectum est, & deficiens ad ueniente sui perfectione, & quod loco alterius substitutū fuerat, ut effingat, reor senteique ipsum, frustra permanet ad eius præ-

Hebr. 7.

sentia, cuius imaginē gerbat. Nam si estigie tibi facis eius quę summe diligebas: vbi eu coram te habeas figuram hincis mortuū Idolum ate repellis, vt in ipsum totus intendas, que imago illa veluti præsente præponere conabatur. Sicq; via- ca hostia plena virtutis consummationē secum affert legis, & sacerdotij: & dum illa velut Tēpli discindit, machina ingerit in legaliū obseruationū exterminat. Disperguntur cœnebulæ, & instar fumi evanescunt, ut maneat quod veritate plenū est, & diuinum secū affert splendorē. Abrogationis ratio manifestè defumpta est ex ipsa infirmitate legalium, & ipsorum inutilitate. sicut & Apostolus de ipsis pronunciat: *Reproba-
tio (inquit) fit præceden-
tis mandatis propter infirmi-
tatem eius, & inutilitatem.* Infirmitas semper afflit le galibus obseruantij, nō sic autem inutilitas: quia dum suo fungetur munere ad

F. 5 in-

2

introductionem nouæ legis, noui sacrificij, & nouorum sacramentorum, recte illis vfa est Synagoga, ut inde manu ducetur ad maiora capienda. Iam vero inutilia effecta sunt, & minus habentia momenti, vbi assecuti sumus ea, quæ veritatis, & virtutis omnino plena sunt. Inutilis nāque redditur imago corā re ipsa, vbi non alij vñsi deseruebat, quam ad rem agnoscendam in absentia illius. Deinde pueris, qui ad legendū erudiūtur, proponi solent formulæ, ac veluti exemplaria eorum, quæ addiscere nitebantur. Vbi autem in ea reprofecerint, abiiciunt elementa, rudimentaque illa, & ignideuoranda traduntur. Sic quendam velut in emortuis chartulis exarata sunt ceu prima rudimenta puerorum, vt ex illis homines adhuc imperfecti deducuntur paulatim ad legis Euangelicæ Sacraenta capienda. Quæquidem

viridis ætas Fidelium, & Ecclesiæ Catholicæ ita retinet, vt quæ priora fuerant facile à se abdicet, reijciatque: *Cum essem i. Corin. parvulus* (ait idem Apo. 13. Stolus) *loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus.* Quando autem factus sum vir euacuauit, quæ erant parvuli. Iam vero nos ex ipsomet Paulo docuimus, fuisse illa quasi elementa parvulorum, vt recte repudientur ab ijs, qui adultam Ecclesiæ Christianæ attigerunt ætatem: & quæ admodum in extruendis templis, aut amplis quibusdam ædibus ambulachra quædam compingi solent ex rudibus, impoliisque trabibus per quæ ad totius operis perfectionem assequendam incedatur; aut etiam construuntur machinæ ex cōsimili materia, super quibus postmodum ædificij altitudo consurgat: consummata vero iam tota stru-

3

structura illa omnia de cum enim Sacraenta il medio subtrahuntur ceu la fuerint instituta, vt signa rerum exhibendarum in noua lege, rebus ipsis iam nunc præsentibus ea ipsa effecta sunt, non tantum inania, & incommoda, verum etiam falsa, & fallacia ob significationem annexam. Sacerdotium etenim, & sacrificium Leuiticum, & quidquid in Hostijs illis, & Sacraentiis gerebatur, protestatio fuit redendi suo tempore per Christum Holocausti. Iam vero ijs peractis, quæ illic præsignata erant mendacium secum important, quæ fuerant in signum veritatis instituta. Idcirco veluti Reparatorem, antiqui anathematis, & ciuitatis, cui maledixit Dominus, reum facit æterni delicti Apostolus eum, qui hæc iam subuersa instaurare admittitur, dicens: *Si enim quæ destraxi, iterum hæc ædifico: prævaricatorum me constituo.*

Iam

Galat. 2.

Esa. 30.

4

Gal. 5.

Iam enim hæc ipsa repudiaverat Iudeus ad Christum conuersus, perinde ac fecit vanitas Genitium in abi. Etta Idolorum multitudine, iuxta vaticinium Esiae. Et contamnabis (ait) laminas scultissimam argenti tui, & vestimentum conflatis au-ri: & disperges ea sicut immundiciam mensura-ram. Egressere dices eis. Ideoque ad illa interdicta est reditus: & quæ semel abiecta sunt, neutiq[ue]m reuocari permituntur. Alioquin commi- nationem eiusdem Apostoli timere cogimus, qua sic ait. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si cir-



cuncidamini, Christus vo-
bis nihil proderit, euacua-
ti etsi à Christo, qui in
lege iustificamini, à gra-
tia excidistis. Facillant
igitur dupli ex nomine
figuræ præsente veritate,
& vimbræ corpori cede-
re festinent, primo quod
fuerint vacua, & egena
inutiliaque sint redita sa-
cramento illa. Deinde
quod irreligiosa, & im-
pia iam esse censeantur,
quæ protestantur ventu-
rum, passurumque Re-
demptorem, ut nouum
spectemus Messiam
sicut præstolan-
tui Iudei.

(?)

C A P I

CAPITVLVM XIX.

*Iurati Sacerdotij duplex ratio. num. 1.**Sacerdotij præstantia in Christo unde rimanda,
ibidem.**Sacerdotij plenitudo in Christo. num. 2.**Gratiæ infinitas qualis sit in Christo. ibid.**Sacerdotio Christi subseruiunt dona gratuita. nu. 3.**Iustitiæ vigor ex diuina substantia. ibid.**Nullius puri hominis hostia valuit ex rigore iustitiæ. num. 4.**Hostia Christi valuit ex rigore iustitiæ. num. 5.*

GOLLIGO iam ex his apertam ra-
tionem ob quam Leuiticum Sacerdotium
non fuerit iuramento fir-
matum, nimirum ob imper-
fectionem, defectumque
virtutis, & ob ipsius insta-
bilem durationem. Contra
vero Christi Sacerdotium
ex vitroque capite debuit
cum iure iurando institui:
tum propter insignem il-
lius excellentiam: tum etiā
propter aeternitatem ip-
sius. Proprieta in eum sin-
gulariter competit ver-
ba carminis huius: *Iurauit
Dominus & non paenite-
bit cum: tu es Sacerdos in
aeternum Secundum ordi-
nem Melchisedech. Vis au-
tem nosse huius Sacerdo-
tij celsitudinē, ut postmo-
dum ad illius aeternitatem
contemplanda veniamus?*
profecto in ipso intueri li-
cet omnem perfectionem,
virtutemque Pontificiæ dig-
nitatis, absque omni defe-
ctu quem in priscis Sacer-
dotibus fuisse coperimus.
Quid enim congruere pu-
temus personæ incarnati
Verbi,

Verbi nisi quod omnino simulatus autem Filio Dei est in se ipso præstantissimum, etenim licet Pontificia dignitas Christi conueniat quatenus homo est: cum tamen nulla sit in eo hypostasis præter ipsum Verbi suppositum, ex ipsa Verbi magnitudine rimadum fuerit nobis quod in Sacerdotio est præcelensis magnitudinis. Nam & eum ordinem seruavit Apostolus, vt explicaret nobis sublimitatem illius Pontificij ex persona Melchisedech & ijs coloribus, quibus ille in sacra Scriptura depingitur, qualis si noster Sacerdos aperente demonstrat, vt inde Sacerdotalis honoris expendamus celsitudinem. Illum Regem Pacis, principem iustitiae fuisse commemorat, sine patre, sine matre, sine genealogia, citra initium, aut finem vitæ, non in se, sed in eo cuius typum gerebat, ut & illuc relatum sit quod continuo subinfertur. *As*

2

similatus autem Filio Dei manet Sacerdos in perpetuum. Quod ex persona Melchisedech est, ipsius met Sacerdotium non legitur quo fine clausum fuerit: quod vero ex re significata erat, Christus in aeternum Sacerdos fore declaratus est. Ex his & nonnullis alijs quæ continuo subinducta sunt collationem facit Apostolus Sacerdotij Christi ad Leuiticum, vt hoc multo inferius esse ostendat. Quod verbis subsequentibus effectum est aperiens, cum dicitur: Et amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedech exurgat alius Sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ inseparabilis. Contestatur enim quoniam tu es Sacerdos in aeternum: Sic & nos ex ipsamer divinitatis substantia rimamur in Christo amplitudinem Pontificiæ

ficiæ potestatis, vt qui Deus est ex propria natura immensus Sacerdotium habeat accedens quam fieri possit ad illius immensitatem, habebat plane totum quod naturæ Sacerdotij debitum esse videtur: & quod humanitas, sive secundum humanitatem accepit Sacerdotium, quandam velut infinitatem virtutis ar. 4. ad. contrahebat ex ipso diuino Verbo. Nam & sic D. Th. 3. gratia collata ipsi animæ Christi, solet à Theologis infinita nuncupari ratione supposui, virtutis que interminabilis: ac deinde illius efficiencie, quam habet, seu habere potest in sanctis. Ita censendum est de Christi Sacerdotio secundum eius vigorem, & virtutem. Iuxta immensitatem Verbi habet suam efficaciam Sacerdotium illius, absque ultra mensura, & termino, vt ad omnia esse. Ita protendatur, ad quæ Sacerdotalis dignitas potest extendi. De his, quæ supernaturalia, & gratuita munera vocitantur, restante sacro Eloquio dicimus, quod circa limitem aut terruinum huius, aut illius effectus collata fuerint Christo, & secundum suam plenitudinem, quam habere illa oportuit in suo principio. Non enim *Ioan. 3.* (ait de illo Ioannes Baptista) ad mensuram dat Deus spiritum: Nempe Filio. Ita quidem res habuit in ijs, quas appellamus gratias gratis das, vt circa limitationem huius, aut illius effectus eas obtinuerit: quod vero ad gratiam carnis quam habuit, vt homo, pertinebat, ita nos de plenitudine illius accepisse dicimus, vt inexhaustus sit fons ad perennem in electis efficaciam habendam: & quod ex illa est, nullus ei terminus praesigitur personarum, locorum, temporum quin

3

quoniam omnes, omnium seculorum iustus ipse in sua iustitia iustificare queat, & ad iustitiae consummationem adducere. Quid vero de Sacerdotio illius dixerimus in hac parte, ubi fontem, originemque totius Sacerdotij meditamur, ut ex illo dimanet omnis virtus impetrandi, promerendi, obtinendique in quovis alio Sacerdote inuenta? Quoniam & gratuita illa dona quas gratias gratis datas non cupari diximus, & gratia, quam sortitus est, secundum capitalem rationem huic vni Sacerdotio subseruire visa sunt, ut in eius administratione perageretur sacrificium in salutem omnium gentium, & omnium seculorum. Quo circa, & hoc citramensuram limitati effectus accepisse compertitur, ut & nihil eidesit virtutis, & nullius efficiencia sit exors, quam illi posse competere intelligamus. Fuit enim Sacerdos homo, qui simul erat Deus, ut ni-

hil homini deesset in proprijs, quæ nimis rurum compenunt secundum humanam naturam, ubi Dei substantia virtutem adjicit virtuti, & valere facit secundum omnem rigorem iustitiae in operis exercitio, quæ alioqui ex natura ipsorum non videbantur transcendere limites meritorum gratiarum. Talem autem oportebat mundo Sacerdotem donari, qui certam, & infallibilem haberet in sacrificio efficacia, ut assequeretur hominibus peccatorum veniam, omnibus gentibus, & populis gratiam: nec illius preces, & hostia ullam possent pati repulsam. Ita enim effectum est, ut non nutet fides, non titubet concepta fiducia de tanto mediatore. Cum videamus eum nobis adesse Pontificem, qui virtute irrefragabili peragat negotium reparationis nostræ apud Patrem suum. Si quæ hostiae, aut in lege naturæ, aut ex Leuitica functione acceptæ Domino fuissent

4

fuisse legatum, ut cuius generi hominum propitiaretur Deus omnis illa acceptatio diuinæ solum misericordiæ innitebatur, & gratiarum. Quis enim aut culpam gentis, aut singularis personæ posset extinguere, nisi solus qui per semetipsum accedit ad Deum? Nemo aliud meritum poterat habere iustitiae, quam tuus ipse iustus in te, ut alienis delictis efficacem propriationem assequatur. Sæ-

Heb. 9. pe repudiata legimus anti-
Lev. Jer. qua sacrificia, & contrarium
1. de na- petum obstantis sacerdo-
tu. Do- tis effugeruisse comperimus
mini.

Ezai. 1: indignationem diuinam in populum contumacem, & gentem peccatricem. Ne offeratis, ait per Ezai. Dominus: ultra sacrificium frustra: Incensum abominatio est mihi. Magna fuerat comminatio Domini in populu

Eze. 14: Israel, ubi sic apud Ezechiel, ipse Dominus loquitur. Extendam manum meam super eam, & conteram virgam panis eius:

& immittam in eam famam, & interficiam ea hominem, & iumentum. Quid vero in terra, cui iratus est Dominus possit iustitia electorum, etiam ex sacerdotis officio deprecari, & offerenti sacrificia pro populo declarari est subsequenter verbis, quibus ita dicitur. *Etsi fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob: ipsi iustitia sua liberauerint animas suas.* Quid autem de liberatione aliorum, ibi dixerit Dominus audire non pigeat. *Quod si & bestias pessimas induxero super terram, ut vastem eam: & fuerit in via, eo quod non sit pertransiens propter bestias: tres viri isti si fuerint in ea, viuo ego dicit Dominus, quia nec filios, nec filias liberabunt; sed ipsi soli liberabuntur; terra autem desolabitur, vel si gladium induxero super terram ullam, & interficerem de ea hominem, & iumentum: & fuerint tres viri isti in medio eius: viuo ego dicit*

G. Do.

Dominus Deus noster libera-
bunt filios, nec filias: sed ip-
si soli liberabuntur. Cu-
iops ergo iustitia efficax
erit omnibus in salutem; vt
eis in fragiliter proficit
redditum sacrificium, pro
quibus offeratur? Is unus est
Sacerdos noster iuramen-
to consecratus, quasi Sacer-
dos in eternum. Ipse iu-
stus iustitiam nobis addu-
cet sempiternam: & quemad-
modum accepimus ex Esaia.
Esa. 53. In scientia sua iustificabit
ipse iustus seruus meus mul-
tos. Et qui de sua plenitu-
dine refundit sine diminu-
tione sui gratiam, & veri-
tatem in alios, ipse viam adi-
ciet ineluctabilem victi-

me suæ, vt profligat nequeat
repelli. Quomodo enim Aug. 13
sicer potuillet, vt Pater Fi- de Trini.
lij oblationem reijciat; quicq; ca. 13.6
vtriusque cōsilio, & vtriusq; 14 Cle. 6
que volūtate destinata est r̄uig. Extra.
in mundum ad eius plenam p̄mit. &
reparationem efficiendā rem.

Nam & sic voluntas Do-
mini dirigenda fuisse præ-
dictitur in eodem loco ab
Esaia Prophetā: quia nim-
rum voluntas Filij, volun-
tas Patris est, et si de huma-
na voluntate loquamur, ea
in omnibus diuinæ cōgrue-
bat. Neq; verò poterat ho-
stia illius irrita permanere,
qui nihil habebat in vtraq;
natura, propter quod mi-
nus acceptabilis fieret.

CAPITVLVM XX.

Sacrificij Christi efficacia generalis. num. 1. Eiusdē
sacrificij effectus num. 2. Sacrificij fons inexha-
stus. *Ibid.*

Hostia Christi, ut fax aut ignis ardoris immensi;
num. 3.

Grati

Capitulum vigesimum.

99

Gratia omnis, & peccatorum remissio ex Sacerdo-
tio Christi. num. 4.

Meritum, & satisfactio nostra, ex hostia Crucis or-
tum habet. *Ibid.*

Sacramentorum virtus ex hostia Christi. *Ibid.*



INC, & aliud norū, gentiū, nationūq; In
discrimē subori- orbē vniuersum exten-
tur inter holocau- tur: & quod ex ipsa est, pro
innumeris omnium gen- tium delictis expiandis va-
let vna victima nostri Sa-
cerdotis. Vnde ortum ha-
bit, quem admodū adnota-
uit Apostolus; varietas illa oblationū s̄epius repetita.
Nimirū, q; earū nimiris cur-
tus, limitatusq; fructus fo-
ret. At Sacerdos noster no-
indiguit iterata oblationē:
quia vñica illius hostia cu-
mulata habuit, & superer-
fluentē virtutē ad omne id,
quod etiā innumeris sacrifi-
cijs posset obtineri. *Hic an Heb. 10.*
tem (ait Paulus) vñiam offe-
rens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei.
De cetero expectans, donec
ponantur inimici eius sca-
bellum pedum eius. Semel

G 2 inquit

inquit, ingressus est per sanguinem suum, & per vnam suam victimam in sancta. Et quamvis tunc ea non fuisse videatur assecuta consummatam efficaciam: plena tamen est diuin virtutis, sicut fiet postm dum patens cum omnia iubeta fuerint pe dibus illius. Nam & id omne quod postea efficiendum est, ex virtute oritur oblationis eius, quam moriens in Cruce Redemptor consummasse dicitur in aeternum sanctificatos. Vnum eius sacrificium attulit nobis perfectionem iustitiae, immortalitatis & gloriae: & quantumcumque multiplicentur delicta: sacrificium hoc abunde sufficit ad omnia expianda. Huc accurant habitatores terrae, qui nunc in illa commorantur: & qui postmodum exurgent, ad id ipsum venire festinent, ut quasi pelagi eiusdam immensi aquas bauriant in summa vber-

3

tate. Non exhauritur sanguinis fluuius: nec vena perennis exiccati vnquam valabit, vt minus inueniant posteri quam maiores in fonte illo, vnde magna exuberantia in ipsos dimanauit. Nam & huc accurrent Patres, qui gratiam novi Testamenti summis votis expeterunt: & cum purissimani aquam bibissent de consequenti eos petra, in quam intenderunt per fidem inexhaustum reliquerunt fonte posteritati suae, vt biberent largiter, siue Apostoli, siue qui ex Apostolico semine propagantur in finem usque saeculi. Et quid est aliud hostia Redemptoris, quam fax quædam immensi luminis, aut ignis ardoris inextinguibilis, ad quem cocurrunt universitate, ut participium habeat vniuersitas hominum, caloris & splendoris illius? Quotiescumque animum lucis gratiarum celestis destitutum intelligis, ad plenum splendore accede sacrificium.

cium. Si semel & iterum lucernam tuam extingui deprehenderis, & velut in immensum excrescere tenbras peccatorum tuorum, ad hoc ipsum holocaustum properas, ut denuo illustre sis, & incalescas supra modum. Et nos quidem lucis substantiam toto diffusam orbe in unum corpus solare refundimus, quasi ab illius participatione fulgorem suum accipient vniuersa: sed & calorem, ardoremque igni ferinus acceptum, ut ab eo cætera, & calida, & ignita esse censeantur. Iam vero subsistentiam cuiusvis naturæ conditæ ad unum resoluimus principium sempiternæ substantiæ: lumen tam naturæ, quam gratiarum, per quod illuminamur in semitis iustitiae siue Deiformes efficiemur, ab ipso primo principio derivari agnoscamus; ut de utroque intelligamus, quod apud Ioannem legimus in hæc verba: *Erat lux vera,*

G 3 CA-

quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ita plane si quid inter ris habemus, gratiarum supernumerum munera, & spiritualium honorum ab ea una victima originem ducit, de qua sic ait Apostolus: *Qui Heb. 9. per Spiritum sanctum semetipsum immaculatum obstat Deo.* De illius plenitudine acceperunt omnes libertatem gratiarum. Coelestium munera, & plenæ redēptionis. De plenitudine meritorum, satisfaciōnisque efficacis, quam Sacerdos noster exhibuit Patri, accepimus, & nos merēdi satisfaciēdique virtutē: & omne meritum mortaliū, omnis humana satisfactio illi hostiæ innititur, à qua vna sumpsit exordium sacramentorum efficietia, gratia omnis per ea, siue in illis collata, vnde subnascitur, quasi viuo ex fonte: & ex sanguinis Christi semel oblati in sacrificium virtute dimanat.

CAPITVLVM XXI.

Beneficia Dei generalia esse solent. num. 1. Gratuita Dei munera. ibid.

Incarnati Verbi benignitas late patens. num. 2. Sacerdotij Christi efficacia communis. ibid.

Christus simul hostia, & Sacerdos. num. 3.

Fidei confirmatio ex re oblata. num. 4. Fidei, Charitatisque prouectio. num. 5.

IN tibi vel in hoc uno se prodit opus Divinum Sacerdotij sacrificijque oblati Nam & eo se voluit, & propria ipsius opera dignosci Deus a rebus alijs, & earum operibus, quod illarum virtus, efficientiaque claudatur brevioribus terminis, nec latius diffundi possit finitum bonum, contra vero diffusius pateat Dei virtus immensa. Etenim siue in ijs, quæ ille per se solum elargitus est nobis in prima seruim conditione, in qua nefas est consortium, seu adminiculum creatæ naturæ cominisci,

siue in ijs quæ ad gratuita munera spectat, generale quandam beneficij rationem vtr obiq; inuenire licebit. Solis splendor, irradiatio syderū, planetarū influxus, cœlorū motio, aëris, terre, cæterorūque elementorū cōmunitio, & vius vniuersalia quædā bona sunt, vt nemo immunis sit ab eorū beneficio, nisi qui ea sponte abiicit, & repellit. Ut verò ad supernaturalia veniamus, vocatio Dei ad fidē, & gratiā, internæ inspirationis munus, & externæ operationis impulsus generatim complectitur mortales vniuersos. Omnes ad se com-

copellat Divina sapientia: in plateis clamitat: & ubique sonitus clamoris eius auditur, ut nemo sibi prætexat ignorantiā, nemo propriæ caliginis culpam refundat in Deū honorū omnium autorem. Non dixeris (ait Sapiēs) per Deū abest. Non stat per illum, quomodo reuertaris ad Dominum, & illius muneribus perfruaris. Ille præsto est ad illuminationem mentis, & ad directionem gressuum tuorum. Stat semper ad hostium & pulsat, si forte audire velis vocem illius. In sacramento pietatis & insigni humanæ reparationis mysterio, quod manifestatum est in carne, & Cruce Redemptoris omnium, nonne vñuersalem quandam operationem meditaris? Omnibus promiscue impensa est benignitas, de qua senex ille in Spiritu Dei exultans, & laudans, ita eloquitur dicens: Viserunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populi, lumen ad revelationem Gentium. Non est distinctione Iudei & Graci: omnium hominum, omnium Gētiū, omnium nationum, & populorū conspectui sese obuiam efficit Dei salus ad homines veniens. Sic & Sacerdotium Christi, & ipsius singulare sacrificium ad omnes homines, quod in ipso est suā extendit efficaciam, ut nemo excludatur a participio tanti muneris, nisi qui sponte illud a se repudiariet. Iam etiam in Sacerdotibus alijs quasi disperitam intuemur rationem applicandarum hostiarum, quæ per illorum manus oblatae sunt Domino. Miseri enim peccatores pro semetip̄sis primū offerre cōsueverūt sacrificia, vt nos supra ex Paulo annotauimus, deinde verò pro criminibus populi. At Sacerdos noster quasi omnē sui sacrificij virtutē, in nos refundit, p̄ quib⁹ illud

redditum est Patri. Nam et si externa gloria apud homines, & corporis immortalitas ex Cruce, & morte prouenerit ei: id dispensatoriæ actum est, non ex indigentia virtutis: quasi opus esset illi, aliunde sibi ea mendicare. Quod verò ad propositum attinet, hinc nos excellentiam sacerdotij huius colligimus. Nimis quod illud in proprio supposito, ita sibi sufficiens fuerit, vt nec propria nec alterius operatione, ac virtute indiguisse censeatur. Non inquam necesse fuit, vt proprijs sacerdotij effectum in se ipsum refunderet, aut alium sibi mediatorē perquireret vnde obtineret gratiam, qui gratia plenus per semetipsum accedit ad Patrem. Hic & nos multam concipiimus speciem adipiscendę salutis, omnisque suspicio inefficaciam nobis de pellitur: vbi talem nos habere Pontificem intelligimus, qui totum nego-

3
3. p. q. 22 Conc. E-
art. 2. & phef. ca-
q. 8. 4. ar-
ti. 7. ad 4 no. 10.

tium holocausti sui pro nobis gessit, & nobis illud im- pendit: nihilo indigens, vt pro se offerret sacrificiu, & pro debitissimis proprijs sa- tisfaceret Patri: *Vulnera. Esai. 53*
zus est (vt ait de illo Esaias)
propter iniquitates nostras;
attritus est propter scelerata nostrata. Totum holocau- stum in nostram cessit viti- litatem: & nostrorum cri- minum expiatio tantæ gra- tiæ mediatoris occasione exhibuit. Porro aliud est in nostro Pontifice peculia- rijs, quod & ipsius sacer- dotij excelletiam cum pri- mis commendet. Ipse metet Sacerdos est & hostia si- mul, vt nihil minus expe- cit mortalium infirmitas ex re oblata, quam ex offe- rente Sacerdote. *Dilexit Ephes. 5:*
nos (ait Paulus) & tradidit semetipsum pro nobis obla- tionem, & hostiam Deo. Non illi alienam exquirit materiam, in qua propriū peragat sacrificium: sed se- metipsum offert pro no- stra salute: non ingreditur san-

bilis efficaciam, iam nulla su- perest occasio trepidandi, nullus est dissidentiæ locus reliquus. Video tantum es- se Pontificem, vt quidquid ille oblatus esset, respui non posset à Patre cœlesti. Iam verò ex utraque parte fidem nobis facit ampliore bonitas sempiterna, vt in- dubiè fidamus nostræ redēptioni, quam peragit Dei Filius in carne, & cum pretio inexhaustæ virtutis. Hinc & diuina charitas ma- gis se prodidit, & fiducia omnium mortalium erige- retur amplius de adipiscen- do fructu divini huius sa- cerdotij, & sacrificij, vbi ad cumulum irrefragabilis vir- tutis in sancto nostro Pon- tifice accessibile comperi- mus rei oblatæ magnitudi- nem. Vt uq; libravit & quo pōdere noster Apostolus in allegata fæpius Epistola dicens: *Sic enim sanguis hir- corum, & taurorum, & ci- nis vitulæ aspersus inqui- natos sanctificat ad emun- dationem carnis: quanto*

4
Hebr. 9
5
Hebr. 9.

3. p. q. 22 sancta cum sanguine occi- sorum animatum: sed sui- met hostiam offerens illuc accedit, qua æternā in ho- minibus redēptionē per- ficiat, quemadmodum ad Hebræos scripsit idem A- postolus: *Christus (inquit)* assistens Pontifex futurorū bonorū per amplius & per- fectius tabernaculum, non manufactum, id est, nō hu- sis creationis, neq; per san- guinem hircorum, aut vita- lorum, sed per propriū san- guinem introuit semel in sancta æterna redēptione invenia. Et quidem quod ex offerente fuit nulla po- tuit ratio dubitandi occur- rere, quam minus efficax fo- re suspicaremur sacrificiū illius. At vero si minus ali- quid ipsomet offerente in oblationem veniret, forte quispiam non maius mo- mentum suspicaretur ad esse hostiæ illi, quam pri- stinis sacrificijs arietum, hircorum, & taurorum. Ve- rum vbi utrumque immen- sam est, utrumq; inelucta-

G 5 magis

magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendum Deo viuenti? Expendit ille & quod ad celitudoinem Sacerdotis offerentis, & quod ad proprijs sanguinis oblationem attinebat, ut vtrinque ineluctabilem attenderemus vim hostiae immolatae ab ipso. Jamque sacrificium sacrificio confert: & ex victimis

huius excellētia, ipsiusmet insignem demonstrat efficaciam. Etenim cū longe diuersum ab alijs sit sacrificium Reparatoris omniū. Necesse est, ait Paulus, pleniorē, certioremq; efficiēciam ei adscribere, quā legaliōs cāremonijs: vt que illa sacrificia carnalem tantum mundiciem efficiebant, & externam sanctificationem: ita holocaustū Redemptoris sublimiore quādam puritateon debuit præstare hominibus.

CAPITVLVM XXII.

Hostiarum legalium tria genera. num. 1.

Sacrificium pro peccato. ibid.

Hostia pacifica. ibid.

Holocaustum. ibid.

In Christi sacrificio triplex hostiarum genus. n. 2.

Expiatio perfecta peccatorum per Christum. n. 3.

Lutheranus error de merito, &) satisfactione. ibid.

Baptismi, &) Martyrij efficacia perfecta. n. 4.

Efficientia hostie Christi perfecta in Beatis. ibid.

Coope-

Cooperatio nostra notata ab Apostolo. num. 5.

Cælorum ianua per hostiam Christi aperta. ibid.

I



T autem distinctius, explicatiusq; cōtēplēmur huīas hostiæ virtutem, id vnum p̄æ oculis habeamus op̄ertet, nimirum in ea sola secundum eminentiam quandam contineri, quidquid de antiquioribus illis meditamur sacrificijs. Tria namque legalium hostiarum genera fuisse quōdam in lege Moysi agnoscimus. Quædam propeccatis, delictisque offerre consueverūt: de quib⁹ passim habetur mentio in veteri Testamēto. Nam & ab illa quasi generali functione offerendi pro peccatis necessitate colligit sacerdotalis ordinis, siue officij Paulus noster, vbi hoc ipsum peculiariter attribuit delecto ex hominibus sacerdoti: nempe, ut offerat dona, & sacrificia pro pec-

Hebr. 5.^o Lexit. 3.

2

catis. Alterum genus est, quod hostia pacifica vocabatur: de qua sermo est in eo libro, qui Leuiticus dicitur. Et hæc quidem pro pace, incolumente, & salute populi solebat immolari. Aliud verò appellatum est holocaustum, quod totum absumeretur igne, ita prorsus, ut & nulla pars eset reliqua in usum ipsius *Leuit. 1.*

D.Th.3. in se vni cōtineat quidquid
p. q. 22. ad triplex illud hostiarum
art. 2. genus velut in figura huius
videbatur pertinere. Sanē
pro peccatis hominum ex-
piandis ea sola oblata ple-
na potuit efficaciā habere.
Nā cātera sacrificia licet
pro peccatis offerretur, in-
efficacia tamen erāt confe-
rēdæ iustitiae, vt velex hoc
ipso perpenderes huic vni
referuatum esse quod in il-
lis significatum fuit : quia
in huius fide conferebatur
hominibus quidquid tunc
erat propitiationis, & gra-
tiae: quodigitur antiquæ cæ
remoniæ conferre non po-
terant sed conferendum es-
se præsignabant, id plene
contulit diuina miseratione
in sacramento pietatis, &
æternæ Redemptionis sa-
crificio: vide autem quam
illic fuerit plena redēptio,
& quod ex ipso fuit perfe-
cta nostroruī criminū ex-
piatio. Nā ^q Esaias simili-
ci Verbo expressissime vide-
tur, cū dixit: *Verelāguores
nostrōs ipſe tulit & dolores*

Esai.

3

*nostros ipſe portauit; id ipsū
maiori quadam orationis
energia Paulus noster ex-
pliuit ita loquēs: *Christus Heb.9:
semel oblatus est ad multo-
rā exhauriēda peccata. Ex-
hauriēda, inquit, vt perfe-
cta vndiq; operationē ex-
piationis agnoscas in diu-
no sacrificio.* Nam quod in
ipso fuit, non tantū sanavit
vulnera sed & cicatrices ab
stulit, reliquias peccatorū
abstersit, maculā, reatū poe-
nā de medio tulit exhibens
Patri abūdantē satisfactio-
nē pro criminibus ipsorum
mortaliū. Nolim autē ex
hac ipsa assertione insultet
mihi vir hereticus, & in me
propriæ impietatis nequi-
tiā detorquere studeat qua-
si necessitatē operū merito
rū, satisfactionisq; humanę
de medio auferri velim, vt
quod egit ille merēdo, &
satisfaciedo, nō sit opus no-
bis iterato perfici, & agēdū
curari. Absit enim vox im-
pia à finib⁹ Christianę rei
publicæ, quæ fruct⁹ dignos
poenitentia prædicatos à
Ioanne,*

*Aug. de fid. &c. o.
per. c. 14.
& 22.
Conc. Se-
non. De-
festam illam poenæ remis-
cret. 12.
Trid. ses.
4. cap. 8.
& Cant.
12.*

4

Ioāne à Christo, ab Aposto-
lis exterminare conatur.
Ideo enim dicim⁹ q̄ in ipso
fuit: quia si in ipsa remissio
ne culpæ nonnūquam per-
ficitur. sicut in sacrificio
hostiæ non assequimur,
non subinde arguitur inef-
ficacie rātum sacrificium,
& sanguinis immaculati
hostia salutaris. Nam & hic
defectus est in causa me-
dia, non in ea, quæ prima
& vniuersalis appellatur.
Etenim Sol quæ oculis cor-
poreis spectamus, vniuer-
salitatem obtinet effectri-
cis causæ in hæc inferiora:
& tamen non absque alijs
adminiculis in ea influit, sed
iuxta dispositionem in eis
inuentam plus, minusve
operariagnoscitur. Quod
& in medicamentis ostendere
non est difficile, cum
& ea vim suam habeat pro
qualitate suscipientis. Alio
quin exhibe mihi cor ple-
ne compunctum, & chari-
tatis vulnerib⁹ omnino ex-
agitatum ad poenitentiam:
& fieri quod in martyrio

crimi-

1. Cor.

25.

5

Heb. 5.

crimina , sed & omne id quod ex criminibus ortum habet , omnino depellat. Quod tunc plene allequemur , cum iuxta verbum Apostoli nouissimè inimica destruetur mors , & mortale hoc induerit immortalitatem. Iam vero cum præter culpæ remissionem indigeat homo cōseruatione gratiæ , qua pacem habeat cum Deo suo , id egit passio Redemptoris , ut effet quoque hostia pacifica in pace , ac salute hominum astruenda , testante hoc ipsum eodem Apostolo , ubi ait . *Et consummatus (nimirum per mortis passionem) factus est omnibus obtemperantibus suis causas salutis æternæ . Vbi & illud nobis denuò aduentendum proponitur ab Apostolo , quod nuper annotauimus , nimirum quod licet oblatio Christi secundum se obtineat immensam virtutem , illius tamen operationem , & influxum veluti hauriri oporteat no-*

bis cum illo simul cooperantibus ne videamur deficere gratiæ ipsius. Consulto enim de Passione Christi sic pronunciauit Apostolus , quod in ijs qui Verbo fidei & præceptis charitatis obtemperare student , ostendat vim suam. In eis planè causa est æternæ salutis , ut nihil mireris si hostiam dixerimus pacificam , eum qui & pax nostra nūcupatus est ab ipso met Paulo. Fuit denique *Ephes. 2;* oblatio illa veluti holocaustum , quasi totum incēsum igne diuinæ dilectionis , ut velut ignitos carbones , & ferrum vix iam propriæ naturæ memor conflagrare faciat mētes electorum ut Deiformes efficiantur in quadam transformacionis effigie : quod quidem in supernis illis mansionibus euēntur est nobis per eum , qui claves habet inferni ; & paradisi , vitæ , ac mortis. Nam & ille solus per holocaustum sanguinis sui reseravit hominibus

6

minibus ianuam regni cœlorum , quod nemini datum est præter unum nostrum Sacerdotem. Ille usque ad interiora velaminis pertinens viam nobis præmunit ad cœlos , vt illo duce nos eo contendamus , quod autor fidei , & Pontifex confessionis nostræ semel ingressus est. *Habemus fiduciam (ait ipse Apostolus) per sanguinem eius in introitum sanctorum .* Et hic fuit effectus quidam præcipuus Sacerdotij Christi , quem prisci Patres summis votis expetierunt impendi sibi. Qui enim tunc ex fide huius sacrificij per suam Dei nostri benignitatem , & purgabantur

liretur iura ,
mento.
(?)



CAPITVLVM XXIII.

*Hostia Christi vis in mutatione Sacramentorum.
num. 1.*

Testamenti confirmatio in morte Christi. num. 2.

In Eucharistia fons totius gratiae. num. 2.

Sacrificium Christi & Ecclesiae unum. num. 3.

Apostolicus sensus de nouis hostijs exclusis. ibi.

Similitudines saepe ab ipsa re deficientes. num. 4.

Vnitas nostra deficiens a diuina. num. 5.

Comparatio a minori. ibid.

*Iustitia per Christum ex fide, non ex operibus legis
veteris. num. 6.*

Iustitia omnis per Christum. num. 7.

Fides nuda haereticorum. num. 8.

*Sacerdotium Christi cur ad Melchisedech relatum
ibidem.*

I ST quoque aliud in Sacerdotio Redemptoris, quod ipsius magnitudinem cum primis extollat. Fuit etenim ea vis diuini Sacerdotij, ut vnius perfectione sacrificij molem ingentem veterum hostiarum dissoluerit, & vniuersa, quæ illic sub figura gerebantur, in noua quædam virtutis perennia sacramenta, & vnicum nouæ legis sacrificiū commutaret. Ea est potestas excellentiæ, quam nostro Pontifici solemus adscribere, & de qua nonnihil iam diximus, ut sacramenta sacramentis commutet, & pro egenis elementis substituat alia mysteria

Capitulum vigesimum tertium. 113

steria plena cœlestis virtutis, qui & struem illam veterum hostiarū vnius perfectione sacrificij demolitus est, ut cedant vimbræ corpori & figuræ aboleantur succedente veritate. Fuit autem ipsa consummatio sacrificij redditi in Cruce exterminatio victi marum antiquarum, cæterorumque signaculorū, & quasi firma constitutio diuinæ huius hostiæ, aliorumque sacramentorum, quæ apud se retinet Christiana Respublica. Nam et si maxima, vel etiam pleraque sacramenta noui Testamenti ab extrema coena Domini acceperint exordium institutionis: virtutē tamen iustificandi, & sui executionem habuerunt à sanguine, morteque Redemptoris; omnia plane ut rata & firma essent imposternum mortem expectabant Summi Sacerdotis: quia & Testamentum & quæ ad ipsum pertinent testatoris morte constabiliuntur secundū Apostolum. Et ideo (ait) noui Testamēti media tor est, ut morte intercedente, in Redemptionem earum prævaricationum, quæ erat Heb. 9. sub priori Testamento reprobationem accipiant, qui vocati sunt aeterna hereditatis, ubi enim Testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. Testamētū enim in mortuis confirmatū est: alsoquin nondum valet, dū viuit, qui testatus est. Et qui dem sacramenta legis Gratiae, in suo gradu respondent virtuti vnius holocausti, quod in Cruce oblatū fuit, ut Sacerdotis excellenter congruant & sacrificiū ipsius, & ab ipso instituta sacramenta. Continent illa inse premium sanguinis, ut satisfactoria sint pro debitis: habent emundatoriam virtutem, ut valeant ad expiationem peccatorum: viam obtinent esse tricem gratiæ, viamque aperiunt, & ianuam cœlestis Regni. Derratio in eis est & quasi instillatio fontis illius, qui patuit

Huit

Mala. 3.

3 tuit in morte Redemptoris. At si loquamur de singulare sacrificio Ecclesie Catholicæ, quod & simul Sacramentationem vendicat sibi, non illic tenuem riuum cōminiscimur, sed ipsummet gratiæ fonte in sua plenitudine; ubi non aliud offerimus quam id ipsum, quod Christus obtulit Patri, ut quod ad substantiam attinet rei oblatæ id est prorsus hoc cum illo sacrificio. Placebit Domino

(inquit Malachias) Sacrificium Iuda, & Ierusalem, sicut dies saceruli, & sicut anni antiqui. Vbi duo notata fuisse perspicies, alterum quod ad unitatem attinet, utriusque hostiæ: alterum quod ex priori appendet, ut ex re oblatæ velut immensam agnoscas virutem hostiæ huius. Nec enim absque certi causa consilijs copulata in unum sunt sacrificium Iuda, & sacrificium Ierusalem, ut illud sit Redemptoris e Tribu Iuda prodeuntis, hoc vero Ec-

clesiæ, quod perpetuo ritu offerre non desinit Patri. Est autem ea una hostia, qua consummasset dicitur Christus in æternum sanctificatos, ut non subeat tibi suspiratio, quod nouas alias victimas in Ecclesiam inducimus aduersus Apostolicæ traditionem. Etenim cum Paulus noster ita dixisset.

Vna enim oblatione cōsum Heb. 20.

mauit in sempiternum san-ctificatos: Continuò illud subiecit: *Voluntarie enim peccantibus nobis tam non relinquitur pro peccatis ho-stia.* Quibus verbis non abolutum est à regno Ecclesiæ suæ sacrificiū, quod quasi iure perpetuo tributum est illi. Sed Apostolicum elo-gium de nouis hostijs intel ligendum est, & distinctis ab ea, quæ Christi fuit in Cruce, & quæ redditur Patri a Sacerdotibus in altari. Aut verò, ut apertius expli-cetur, mens Pauli, spes adi-mitur peccatoribus nouæ passionis & mortis quæ subeat iterū Christus in car-

ne

Chrysost.
Heb. ho.
7. Pasch.
de Sacri-
altaris. c.
9. Raba.
de sacrif.
alt. c. 22.

4

ne mortali. Iam enim post iterata crimina iudiciū illiustimendū erit, qui & constitutus est Iudex viuorū & mortuorū; nō autē noua redēptio expectāda, iuxta id quod statim sequitur. *Terribilis autem quædā expe-ctatio iudicij & ignis æmu-latio, quæ consumptura est aduersarios.* Hæc interim ad refutandas hæreticorū calunias dicta sint paucis, ut ad Malachiaæ testimonium redeamus. Inquiramus tandem per quidnā sit placitum esse Christi & Ecclesiæ sacrificium sicut dies saceruli, cum nō satis, eo Verbo expressa videatur excellētia illius; verum in hac parte diligenter attende comparatiuis illis particulis non semper æqualitatē designari, aut omnimodā similitudinem; sæpe autem comparisonem referri magis ad copulam verbi, quam ad rem copulatam, aut etiam imitationem solam significari eius quod confertur ad alterum. *Ego* (ait Domi-

nus) perfecti sicut & Pater vester cœlestis perfectus est. Et nos ita collatiū eam dictiōnem accipimus, ut referatur ad connexionē verbi, nō ad æqualitatē ipsius rei. Admonemur enim perfectionis inēudæ in ordine & gradu nostro, ut in nos sua cōperat perfec-tio, quemadmodū cōperit in Deo. Ibi autem non æqua-litas expetitur, sed substantia eius, quod alteri extre-mo cōparatur, ut si dixeris hoc esse albū, perinde atq; illud: ubi nō gradū gradui cōponis, sed albedinē huic subiecto inesse doces sicut illi. Quod si adductam similitudinē non tatum ad verbinexum, verum etiā ad rē ipsam verbi accommodari velis: sic rationem consilij, imo & præcepti huius accipere, nō ut pares nos esse voluerit Dns excelsæ illiboni-tati, sed ut emulatores efficiamur perfectionis illius, & ad eos normam cōponamus nos ipsos. Ad eā verū seriem pertinere credimus

H 2 quod

¹⁷ quod apud Ioannem legimus sub his verbis: *Non autem pro eius rogo tantum, sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint.* Etenim siue de unitate naturae sermo sit, in qua Pater & Filius unum sunt, siue de mutua dilectione, qua Pater & Filius diligunt se invicem in aeternitate sua, siue deinde ad voluntatem creatam id referre mavis, secundum quam indissolubilis charitatis vinculo astringitur homo Deus idem Patri. Deficit maxime quod in ceteris hominibus exigit Redemptor ab eo quod loco prototypi, & exemplaris adducitur. Quare si ad priores sensus respicias, nudam unionem affectus in suis requirit Christus non naturae communionem, non eiusdem amoris individuam unitatem qualis est in utraque persona Patris & Filii. Si

vero ad postremam interpretationem illius clausulae velis omnia reducere imitatio illic notata est non aequalitas ipsius nexus, qui per Charitatem habetur. Nam vero frequenter evenit ut excellentius sit extre-
mum comparatum alteri, quam id cui perhibetur esse consimile. Quod vel tunc praeципue conspicitur, cum coelestia & diuina cum rebus inferioribus componuntur, ut sub metaphoris rerum corporalium incorporea, & invisibilia cognoscantur. De Sponso in Canticis multa exempla nobis exhibentur: unum vero sati sit de Sponsa huc attulisse. *Quae est ista (in-* Cant. 6.
quit) quae ascendit de deserto deliciis affluens innixa super dilectum? Pulchritus Luna, electavi Sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Quis ignoret pulchritudinem Ecclesiae longe præstabilior esse, quam sit splendor Solis, aut etiam venustas ipsius Lunæ? Verum quia nihil

nihil in hoc mundo fulgetius Sole, nihil formosius Luna conspicimus, idcirco eis confertur Ecclesia, vel etiam B. Virgo, quæ in corpore Ecclesiae præcipuam quandam obtinet dignitatem. Ex ijs coniuges quidnam censendum sit de alijs schematis, & rerum imaginibus, quæ circa inferiora versantur, ut in eodem Canticorum libro perspicere licebit. Ut verò hæc aptari faciamus testimonio Malachiae, ubi acceptabile fore ait sacrificium hoc nouum, ut fuere oblationes Patri, Aboris, Noë, Abraham, Melchisedech, ibi simplex est assertio efficacitatem diuinæ, quam Christi, & Ecclesiae victima erat habitura, ut agnoscamus esse irrefragabile, quod ab illa speramus, quemadmodum indubitate est, quod prioribus sæculis obtetum fuerat per hostias illas. Non tanti fuere momentia sacrificia, ut huic uniusquari possent: sed eis verbis expressa est infallibilis

certitudo virtutis, ut non magis castum esse possit dividuium holocaustum, quam fieri queat ut factum infestum sit. Et haec quidem plana est, neque persuasu difficultis intelligentia eius elegij, quod ex Malachia subinductum fuit. Quod si ad occultiora sensa rem hanc deducere volueris, audi novum illuc reconditum sacramentum. Etenim commemoratis diebus sæculi & annis antiquis ad originem totius iustitiae recollectam nos revocat Propheta Domini: quam Paulus legem fidei appellat, distinguens eam contra legem factorum. Ea fuit fides Christi, & promissionis antecedentis legem effulgens maxime in priscis illis Patribus, qui ante legem cari alium ceremoniarum vixerunt in mundo. Ut itaque spiritus propheticus finem copularet suo principio, hostiam Ecclesiae Christianæ placitoram esse docuit instar victimarum, & oblationis

num vetusti sæculi: vbi Patres in eum ceu finem intenderunt: qui nunc autor salutis est per oblatum sanguinem in Cruci, & in altari. Sic enim doceimus omnem iustitiam exacti iam, & præsentis sæculi ab eodem fonte deduci, & diminare, qui est Christus Redemptor sæculorum. Et quamuis siue Sacerdotium antiquum, siue quod ei succedit in Aarone fidei eidem vienius Redemptoris subnixum esset, de industria se retulit Propheta Malachias ad priora tempora, ut cum Apostolo videtur manifestè distinxisse, quod erat fidei, & quod ex lege, operibusque illius. Nam & ideo Paulus tam acurate fidem Abramæ retulit ad antiquius sæculum, in & circuncisione in docet fuisse datam ante ipsam legem, ne forte quis crederet ex lege & cæremonijs illius fuisse iustitiam, & non potius esse ex promissione & fide: Dicimus (ait) quia

reputata est fides Abramæ ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est in circuncisione, an in præputio? non in circuncisione, sed in præputio. Et signum accepit circumcisionis signaculum iustitiae fidei, quæ est in præputio. Quod etiâ apertius ipse Dominus tradit, ita dicens. Propterea Moyses dicit vobis circumcisionem, non quia ex Moyse est, sed ex Patribus. Sic namque iustitiam, quæ in circumcisione conferebatur, atq; adeò in statu illius legis, cuius professio erat circumcisione non carnalibus obseruantib; acceptam ferri voluit, sed fidei, quæ in Abel, Noë, Sem, Abraham inuenta est de uno Redemptore mortali. Ira & Malachias ad dies antiquos, & priora sæcula reducit quod est virtutis in novo sacrificio, ut non in operibus legis, sed in iustitia fidei positum agnoscamus fructu nostræ salutis. Nec verò hic iustitia fidei ad fidem nudam pertinet;

Ioani. 7.

8

Rem. 4

nere facimus, ut nouihæretici existimarentur; sed loquimur ad sensum Apostoli, qui fidem Christi, & promissionis diuisa contra iustitiam carnis, quæ ex lege illa fuit. Et forsitan hæc ipsa fuit philosophia Vatis nostri eximij cum Christum proponit nobis Sacerdotem secundū ordinē Melchis-dech. Numirum ut admoneret nos de fide veterum Patrum, quæ vna est in illis,

& in nobis, quo sacerdotiū sacrificiumque illius, non quasi ex lege factorum, sed per iustitiam fidei, quæ est in unum Mediatorem Dei & hominum, profutum nobis esset in salutem. Id namque habemus re ipsa, quod illi in promissione: & quod illi perfidem acceperunt, nos secundum, & præsentiam & efficientiam virtutis obtinere dicimus.

CAPITVL. XXIII.

Sacerdotij aeternitas iurata, num. 1.

Sacerdotij functio perpetua in Christo, ibid.

Sacerdotij aeternitas ex effectu, ibid.

Sacerdotium Christi non commutandum alio, n. 2.

Christus non successorem habet, ut Aaron, nu. 3.

Christi unus ingressus in sancta, num. 4.

Sacerdotium aeternū, quia nullū aliud succedit, n. 5.

I

ECIMVS cōpertū ex his, quod eximia virtus honestatæ huius argumentum sic evidens supremæ cuiusdā excellentiæ in Sacerdote nostro, & Sacerdotio illius, ut dignū habeatur iurata cōtestatione. Merito etiā roboratur iure iurando, ut aeternum sit, numquamque abolendum, ut per-

H 4 pez

Heb.7.

petuam habeat sacerdotalis honor, & stabilitatem, & functionem. Dicitur autem Christus in aeternum Sacerdos non ob id solum, quod persona Christi mensura sit in aeternum, ut insinuauit Apostolus verum etiam quod dignitas ipsa supremi Pontificij, & sacerdotale ministerium per mansurum sit cum ipso in seculū secu'ī. Quod & ipse Apostolus insinuatum esse voluit eo in loco, vbi cū dixisset *Hic autem eo quod maneat in aeternū sempiternum habet Sacerdotium:* Subiecit continuo id quod proprium erat Pontificiē huius functionis, dices: *Vnde saluare imperpetuum potest accedente per ipsum ad Deum semper viuens ad interpellandum pro nobis.* Neque vero tam ob eam causam, quod nimicum dignitas Sacerdotij duratura sit cum ipso, quam ob effectus perennem durationē dicitur Sacerdos noster constitui in aeternū. Sic enim

ex fine tam Sacerdotij, quā D. Tho.
sacrificij ipsius accipimus 3.p.q.22
eius aeternitatem. Qui finis art.5.

fuit introductio in sancta & bona aeterna, iuxta id quod in eodem Apostolo habemus. *Christus (ait) assit* Heb.9.

stens Pontifex futurorum bonorum per proprium sanguinem introvit semel in sancta, aeterna redemptione inuenta.

Etenim quamvis in coelesti patria nihil egeant Sancti nouo sacrificio ad expiationem criminum & gratiam impetrandam, per quam & sunt impecrabiles effecti: id tamen perpetuo efficitur per Sacerdotium & vim semel oblati sacrificij, & per interpellationem continuā, quae propria est Sacerdotis, & aeternorum bonorum eis plenitudo conferatur. Ideoque Pontifex appellatur futurorum bonorum, ad quae destinatum fuerat aeternum Sacerdotium. Iā etiam Sacerdotium Christi nuncupationē sibi aeternitatis promeruit: quia illud

lud

2

Heb.7.

3

Iud non erat alio commutandum, ut antiquum comutatum est novo. Nam & sic aeternum dici solitum est, quod non aboletur alio succedaneo. Quinius & Christus in temporaria sua morte non habuit successorem quasi eiusdem ordinis in eadem Pontifica celsitudine cum aqua potestate & excellentia, quemadmodum Aaron habuit, & ceteri in eadem Tribus summi Sacerdotes. Quod ex professo notatum esse voluit noster Apostolus cum ait. *Et alij quidem plures facti sunt Sacerdotes, idcirco quod morte, prohiberentur permanere, hic autem, eo quod maneat in aeternum sempiternum habet Sacerdotium.* Seu pitemplum plane absque successione alterius: quia & semper vivit & sacrificio semel oblato semper tribuit suam efficaciam, seu efficientiam virtutis. Habet quidem Christiana Respublica suos Sacerdotes, habet summum

Pontificem unū qui totius oculis Christi gubernaculateneat. Verum eos non succelfores appellamus, ut eadem polleant autoritate cum Sacerdote nostro: sed eodem Apostolo autore ministri sunt eius & dispensatores mysteriorum illius, quin & universalis pastor Dominici gregis, Romanus Pontifex Vicarius est illius, in cuius persona dominat, dispensat, solvit, ac ligat. Et illic quidem carnis erat propagatio, & carnis successio nouorū Sacerdotum: hic autem diuinatus institutum est Sacerdotium, quale illud depinxit Paulus in Filio Dei.

Qui non (ait) secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis. Nō secundum leges carnalis propaginis, aut legales ritus, sed ex vi & virtute divinitatis factus est Sacerdos. *Contestatum enī (ait) quoniam tu es Sacerdos in aeternum.* Vbi & aliud insinuatum

H 5

tum

tum est, ut quia Sacerdotium hoc non secutum est leges mandati carinalis, quæ nihil aliud, quam infinitatem præferebant, sed ex superiori principio prodiens ad superiora contendebat, polleret virtute conferenda vitæ immortalis, quo sic etiam dicatur esse secundū virtutem vitæ insolubilis. Hic igitur unus est Sacerdos in æternum, qui singulari habet Pontificij dignitatis honorem, ut Sacerdotium Sacerdotio cōmūtet, vetera exterminet sacrificia, nouum in suo sanguine Testamentum codat, nouam immolat victimam, nouis sacramentis nouam adiicit virtutem, æternitas aditum præbeat hominibus. Hæc ipsa munia in eū solum competunt, cui sub iuramento dictum est: *Tu es Sacerdos in æternum:* Ideo non damus successorem Christo Pontifici, ut quondam Aaroni. Ingridebatur sane Letiticus Sacerdos singulis annis semel

4
quod
5

in Tabernaculum interius: & mortuo summo illo Pōtifice, necesse erat alium subsequi, ut cæremoniam illam instauraret impostrum. At Pontifex noster ingressus semel in sancta necessitatem abstulit noui alterius introitus: quia illic semper manet, quo semel introiuit: semperque gloriaræ consummationem præstat electis, ut opus iam non sit successore novo, qui de novo in Sanctas Sanctorum ingrediens, æternitatis ianuam aperiat hominibus. Accedit his etiam, quod non per annotauimus, unum aliud, quo æternitas sacri Pontificij astruatur. Nec enim ob id tantum dictus est Christus Sacerdos in æternum, quod se ipsum exhibuerit Pontificē æternorum bonorum: verum etiam ob perpetuum constantiam, nouæ legis, Testamenteque, cuius se mediatores fecit. Nam & earatione Sacerdotium Aromaticum non fuit perpetuum,

quod

quod legis ministerium & legales obseruantiae, quæ legem committabant in teritura essent noua in in dium lege prodeunte. At legi & sacramentorum religioni, quæ Christus inuexit, neque lex, neque sacramenta succedent, quibus priora exterminentur. Idcirco & nouum & æternū dicitur Testamentum hoc: nouum quidem, quasi veteri succedens, & vetustatem abolens præmissionum carnalium, ut ad spiritualia deducat. *Hic est (ait) sanguis meus, nūm Testamentum.* Æternum autem appellavit Apostolus, dicens: *Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum omnium in sanguine Testamenti æterni Dominum appetit vos in omni bono.* Vbi que autem sanguis sacrificij cum Testamento ipso cōponitur ut noueris legē, & Sacerdotium ac Sacerdora

Mat. 26.

Heb. 13.

le ministerium coæqua sibi duratione subsistere. Porro æternitatis nomine donatum est Testamentum nouum, quod nullo posteriore abrogandum sit. Nulla est enim alterius legis successio, per quam dislocaturæ, quæ lata est, in sanguine Testamenti, & confirmata in morte ipsius met Testamentis. Solus status æternæ felicitatis succedit edictis, quorum autor fuit Christus legem consummans, quorum præcones fuerunt Apostoli missi in omnem terram. Quia ergo Sacerdotium, sacrificiaque legem consequuntur, aut ei copulantur nexu individuo, Christus in æternum esse prohibetur Sacerdos quasi au tor, mediatorque

Testamenti
æterni.

(2.)

C.A.

CAPITVLVM XXV.

Christus Sacerdos secundum ordinem Melchisedech. num. 1.

Ordo ritum & formam reddendi sacrificij significat. ibid.

A&similari & esse similem. num. 2.

Similitudo & equalitas mutua in diuinis. ibid.

Filius assimilatur Patri, non contra. ibid.

Melchisedech assimilatus Christo. num. 3.

De Melchisedech asserta verè competunt Christo. num. 4.

Christus origo totius Sacerdotij. num. 5.

I AM verò vt plenius capere possemus, & perfectionis & quod aeternitatis erat in eo Sacerdotio, id alijs subiecit Propheta noster, quod ad ordinē Melchisedech pertinebat dicēs. *Tu es Sacerdos in aeternū secundum ordinē Melchisedech.* Quod quidem nō sic accipiēdū existimes, vt Christū dicās successisse illi in Pōtificia dignitate, sicut modo assertū fuerat de posteritate Leuitico

rū Sacerdotū. Ibi enim carnis progenies stabiliebat Sacerdotiū: hic nō est hæreditarium ius à progenitoribus obtentū, neq; carnis origo Pontificiū honorem ab alijs in Christū trāstulit: sed sermo iurisurandi, & firmum Dei Verbū stabiliuit eam in Christo dignitatem. *Quid verò est dici Christum Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech?* Planè perinde est illū in Sacerdotē vngisecundum ordinem: ac si dixeris secun-

secūdum normam officij, secundum ritum Sacerdotalis functionis, aut secundum similitudinem illius Sacerdotij, ministerique Pontificij. Non quidē initiationem ponimus in nostro Sacerdote, sed Sacerdotium illius principium esse factum omnīs alius Sacerdotij. Etenim vt Paulus noster omnem suspicionis materiam de medio auferret: qua putares excellētiam Sacerdotij Christi pertendam esse a Melchisedech veluti ex origine invertit dictiōis ordinem, &

Heb. 7. ait ita de illo: Assimilatus

- autem filio Dei manet Sacerdos in perpetuum. Ut intelligeres Christi Sacerdotium non aliunde, quam ex Patris verbo suum ortum ducere, nec aliunde mendi- care vel suam excellētiā vel virtutem, quasi præpostere, conuersoque ordine assignavit rationem similitudinis inductæ. Ita namq; videbatur dicturus, nempe quod Christus assimilatus

Melchisedech maneat Sacerdos in aeternum quemadmodum antea dixerat: Et amplius adhuc manifestum est si secundum similitudinem Melchisedech exurgat aliis Sacerdos: Et tamen commutata est series verborum, vt non de Christo dictum fuisse audiās, quod assimilatus fuerit prisco Sacerdoti, sed cōtra ille nouo, cui dictū est.

Tu es Sacerdos in aeternum. Ille etenim effinxit Christum, & quasi præformatum imaginem Sacerdotis, & Sacerdotij huius. Noster autem Pontifex fuit quasi prototypum principium, & exemplar antiquioris illius Pontificij. Contēplare Philosophiam excellētiam eius, qui rā sublimiter elocutus est de Christi Sacerdotio. Admittit ille quidem mutuam vtriusque Sacerdotis similitudinem iuxta id, in quo ambo conuenire videntur. Assimilatiōnem autem nō & que adscribit vni & alteri, sed solita-

5. p. q. 42
art. 1. in
corp. &
ad 3.

rie ipsi Melchisedech: quia Verbum assimilationis, quasi motum & accessum significat ad proprium principium, quemadmodum dominus assimilatur sive arti, seu potius idolo, & Ideo artificis, & imago ei à quo expressa est, & effectus in universum suæ causæ, quin etiæ in diuinis personis reciprocam similitudinem, & æqualitatem statuimus: quod vero est assimilari, & adæquari tantum eis attribuere possumus, quæ ab alijs suum esse accipiunt, ut ubi nullus est motus, & nulla mutatio, sola habitudo rei ad suum principium concedat hoc Filio, qui & imago dicitur Dei inuisibilis: deneget autem Patri, qui à nullo ducit originem sui. Variauit ergo elocutio nisi formâ Apostolus Christi, qui descripturus aeternitatem Sacerdotij in Christo, ex ea parte, qua dictus est Sacerdos, secundum ordinem Melchisedech, ad ipsum cui collatus est Redemptor sermonem conuertit, & eum depingit Sacerdotem in aeternum non in se ipso, sed veluti in similitudine, aut vero in ipsa veritate, cuius ille similitudinem exprimebat. Plane in eo, quod præformata est imago Sacerdotij Christi in Melchisedech, & ob eacum expressæ similitudinis proponitur in sanctis scripturis Melchisedech quasi Sacerdos in sempiternu argumentum nobis exhibetur manifestum, quod illius Sacerdotium fuerit propter Christum, & à Pontificia Redemptoris dignitate suam omnino traxerit originem. Nam & Christus in assumpta natura, atque adeò in Sacerdotali functione, posterior fuit tempore, quam Melchisedech: ideoque Christus secundum ordinem Melchisedech dicitur factus esse Pontifex in aeternum. Quia vero Christus in diuina substantia prior est, quam Melchisedech, & principium illius,

3

lius, eorumque omnium quæ ad ipsum pertinuerunt. Idecirco, quasi posterior dignitate Melchisedech, asimilatus esse fertur nostro summo Pontifici; ut videatur & ipse mansisse in aeternum Sacerdos, gessit ille in omnibus typum nostri diuinæ Sacerdotis, idque potissimum videbatur ostendi in forma sacerdotalis ministerij, & in modo reddendi sacrificij. Quod & altius contemplatus Apostolus tale nobis depinxit figurâ, qualis est veritas, ut quod nullius Hebreos c. 9. sacerdotio, interpretamē Heb. 7. tū sit eorum quæ de persona Melchisedech videbatur asserta. Dixerat enim Paulus illum appellari iustitiae regē, & rursus Principis pacis sine patre, sine matre, sine genealogia, sine initio vitæ vel fine. Quod quidem velet umbratice, figuratiueque de illo enunciari docet clausula subsequens; ut qui assimilatus filio Dei manere dicitur Sacerdos in aeternu,

codemodo nēpe sub similitudine filij Dei, talis esse describatur, quale sub eis apicib⁹ proponit nobis Doctor Gentius. Ad hæc tamē iterum reverti oportebit ut illa dilucidiora efficiantur. Nūc eò referamus pedē, vnde sum⁹ digressi. Cœperamus enim retexere originē Sacerdotij Melchisedech, quasi ea duceſtērā Christo, qui caput est, & principiū omniū. Neq; verò mirū quod ex divinitate Redemptoris accipiamus rationē causalitatis huius in Sacerdotio Melchisedech, & ille qui prius Sacerdos fuit, assimilatus esse dicatur etiæ in Pontificia dignitate, Filio Dei propter habitudinem ad suum principium. Nā etsi tunc Christus non esset Sacerdos, erat tamē totius Sacerdotij causa: quemadmodum & diuina Scriptura Christum appellat radice Davidis ob derivatione illius ex fonte diuina substantia. Etenim qui ex radice Esa. 11. Iesse, pdijste fertur, id est ipse Apoc. 5 radix

radix Iesse, Dauidisque nū cupatur. Sic etiā posterior Sacerdotio Christus in hominis forma secundū propriæ naturæ proprietatem fons erat Sacerdotij omnis in Melchisedech & in alijs. Iam verò si formalem adhuc locutionem desideras, vt assimilatum dicamus illum filio Dei quasi Sacerdoti, & Sacerdotij origini

in assumpta natura, sic & ilius Sacerdotium faciemus exemplare in causam & finē antiqui Sacerdotij: fieri que ut Melchisedech assimilatus dicatur filio Dei Pontifici, quod huius Pontificium obtineat sibi duplē cem illam principij seu causæ rationem, qua exemplar sit, & finis Sacerdotij veteris.

CAPITVLVM XXVI.

Melchisedech vere fuit Sacerdos. num. 1.

Melchisedech quisnam fuerit? num. 2.

Errores de Melchisedech. num. 3.

Melchisedech fuit purus homo. ibid.

Origenis error. ibid.

Melchisedech fuit Sem filius Noe. num. 4.

Sem utrum fuerit primogenitus Noe. ibid.

Sem figura Iudeorum, Iaphet Gentium. nu. 5.

Sem dignitas unde accepta. ibid.

Melchisedech figura Christi. num. 6.

Melchisedech quomodo in aeternum Sacerdos. nu. 7.

Sacerdotij Leuitici conditio inferior. num. 8.

Benedictio Abrahæ & decimarum largitio. ibid.

D E:



ET IN VIT nos alio prope- rantes Apostoli- cum testimonium, quod longiorem quandam mo- ram temporis videbatur sibi exigere. Iam ad vberiorē enucleationem figuræ hu- ius procedamus secundum quam Christus Sacerdos esse dicitur secundum or- dinem Melchisedech. Ut autem à facilioribus capia- mus primordia, non est quod in dubium euocetur, quod quasi compertum re liquit Propheta noster, nū Melchisedech, ad quem Christus confertur, fuerit Sacerdos. Exurgat licet no uorum hæresiarcarum im pudencia, quæ Sacerdotij & sacrificij Melchisedech veritatem conterere adni- titur: res in confessō est apud viros Catholicos sus- ref. 55. fragantibus Scripturis San- Hiero. ctis, quod ille fuerit vere de Mel- Sacerdos, & panis, vinique chi. Au oblationē singulariter vē- gust. 16. dicauerit sibi. Pudet in his de Ciuit. vel tatis per immorari, dū

retardor ab eo quod insti- tuerā in hi persequendum. Verū æui huius cōditio, & necessitas constabiliendæ veritatis aduersus nouitios Theologos huc me adegit. Et quid rogo, ad re attine- bat, quod Christus in hoc diuino elogio appellare- tur Sacerdos secundū ordi- nē Melchisedech, nisi is cui confertur, & Sacerdos es- set, & certā haberet sacrificij offerendi formā, cui si- milē Christus proferret?

Nam & sic habemus in Ge Gene. 14

nesi, ad quē locum remit- tit nos diuinus Spiritus in hac veritate afferēda.

At vero Melchisedech rex Sa- lē proferens panem, & vi- num (erat enim Sacerdos Dei altissimi) benedixit ei;

cuius testimonij explicatio- nē satis copiosam exhibuit nobis idē Apostolus. Cum Heb. 6.

etenim ad calce capitiis sex Epiph. lib. 2. ha- ref. 55. fragantibus Scripturis San-

Hiero. ctis, quod ille fuerit vere de Mel- Sacerdos, & panis, vinique chi. Au oblationē singulariter vē- gust. 16. dicauerit sibi. Pudet in his de Ciuit. vel tatis per immorari, dū

2

Epiph. lib. 2. ha- ref. 55. fragantibus Scripturis San-

Hiero. ctis, quod ille fuerit vere de Mel- Sacerdos, & panis, vinique chi. Au oblationē singulariter vē- gust. 16. dicauerit sibi. Pudet in his de Ciuit. vel tatis per immorari, dū

Heb. 6.

ref. 7.

tis septimi subiecit hæc ita dicens: *Hic enim Melch. sedech Rex Salen. Sacerdos Dei summi, qui obiauit Abrahæ reuerso à cæde quatuor Regū, & benedixit ei.* Et ut alia omittamus hoc ipsum quod habemus in manibus vaticiniū Prophetæ retexit ibi noster Apostolus, ut ex Sacerdotio Melchisedech colligere mus veritatē, æternitatē magnitudinem Sacerdotij Christi. Quāvis autem certa fide ac ratione constabiliū sit fuisse Melchisedech Sacerdotem Dei summi: non tamē æque apertū sit nobis ex diuinis eloquijs, quis, & equa stirpe fuerit qui appelliatur Melchisedech. Imo vero quod propriū nomen: quod illius originem subticerit diuina Scriptura, eo videtur pertinuisse, ut sic dissimulata progenie, dum ignoramus eum cuius genealogia non texitur, plenius agnoscamus in illo naturā, & excelletiā nostri Pontificis, qui

appellatus est Sacerdos in æternū secundū ordinem Melchisedech. Nāq; od series generationis illius nō cōtexitur, quod sine initio, & fine dierum describitur, quod Sacerdos in æternū māisse perhibetur, illi tantū cōpetit secundū mysticā rationē, aut vero iuxta nudā Scripturā descriptio nē, ubi de fine & initio, & de cessatione Sacerdotij nulla sit mērio. Huic autē nostro Pontifici conuenit secundū apertā, & simpli cē rei veritatē. Quod quide nōnulli minus plene cōteplantes, dum talē depingi vidēt in Scripturis Melchisedech putarunt eum fuisse Spiritū sanctum, qui sub humana forma personam in terris erigit Regis, & Sacerdotis. Alij vero vnigenitum Dei Filium esse fecerunt, qui sub hominis forma visus fuerit Abrahæ, benedixeritque illi; cum autem sacra Scriptura Regem, & Sacerdotem fuisse illum afferat, cogi-

3

*Epiph.
lib. 2. in
Hær.*

*Melchis.
Deciano
rū. Hie-
ron. ad
Eua.*

*Ambr.
lib. 10.
Ep. 80.*

Gal. 4:

*Hieron,
Epist. ad
Eua.*

Heb. 5.

cogimur testimonio Apostoliū facere inferiore quāpiā ex hominibus substantiam: nisi forte dixeris vel Dei Filium, vel Spiritū sanctum sibi ipsis veram hominis formā coaptasse, vi Reges, & Sacerdotes vere dicerentur inter homines. Hoc tamen alienum est ab Ecclesiæ Fidelis sententia: quæ hypostaticam unionem, soli Verbo Diuino concedit in plenitudine temporum; de qua idem Apostolus. *Vbi venit* (inquit) *plenitudo temporis* misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Eodem Apostolico elogio confutatur error dicentium, eum fuisse quāpiam Dei virtutem aut Angelum; præterquam enim, quod & in Genesi, & apud Paulum purus homo fuisse describitur, non alios idem Paulus agnouit Sacerdotes Domini, quam homines puros ex hominibus assumptos; ubi ait. *Omnis namque* que Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum. Alij ergo, qui aliquanto proprius ad veritatem accesserunt, fatentur eum fuisse hominem, sed tamen ex Cham progenitum. Verum quod verisimilius, & celebrius, grauioriq; Patru sententia, receptum est, ille fuit Sem filius Noë, aut *Gene. 10* natu maior, quod videatur innuere diuinum elo-gium, aut dignitate, prior & locum primogeniti sortitus, quod alijs placet; vt qui Regnum, & Sacerdotium Christi debuit exprimere, & principatum regiminis, & summum Sacerdotij gradum obtineret inter alios frātres. Neque vero singula- re hoc in uno Sem fuisse arbitris, vt locum prioris natu occuparit, cum & id ipsum in Jacob, & Ephraim accidisse videamus, vt ius primogenitū vendicauerit sibi, abdicatis

I 2 ab

Abul. in ca. 5. Ge nes. ad fin. & ibi. ab eo fratribus Esau, & Manasse. Et hæc quidem sententia, quod Sem non fuerit maior natu quam Iaphet increbuisse fertur apud Iudæos olim, & plerique omnes illorum Magistrorum docuerunt ita se habere non leuibus coniecturis adducti: atque adeo illam quasi probabilem secuti sunt nonnulli Catholici tractatores. Verum quia Patres magni nominis, rem illam quasi compertam reliquerant, quod nimirum

Hier. ad Enag. et Hebrei. in Ge. Sem fuerit primogenitus, cui assertioni fauet non mihi trad. nime littera ipsa Gene-

Aug. 16 de Cuit. c. 2. & 3 Eucher. lib. 2. in viri Catholici. Disputatio-

Gen. c. 2. nem hanc in medio relin-

5 quimus. Certe si myste-

Orig. in Ies. ho. 3 Aug. 16 de Cuit. c. 2. & 3 riū reigerendæ hic obser- uatur, quo in superiori- bus annotatum est ex Pa- trum concordi opinione. Nempe quod Sem sit figu-

ra Iudæorum, Iaphet Gen Chrysost. tium, magis videbatur con in Gene. sentaneum quod Sem fue- hom. 29. Rupert. lib. 4. ca. 39.

Iaphet. Sic etenim ma- gis omnia inter se consen- tiunt, & quod inductum est exemplum, de Jacob, & Esau, Ephraim, & Ma- nasse, vbi minor præfertur maiori, magis quadrat sen- tentiæ Patrum, ut Sem di- catur primogenitus, in cu- ius locum intret Iaphet, quasi Gentilitas substituta loco Iudaismi, sive Iudaici populi. Quoquo autem mo- do reshabeat, illum nos ha- beamus quasi verum Sa- cerdotem, sive titulo pri- mogenituræ, quam sorti- tus sit ex propria nativita- te, sive quam ex dignitate præcellenti fuit adeptus, ob id quod Patriarcharum genealogia usq; ad Chris- tū ab illo tracta fuerit. Mul- ta prætereo in hac par- te, quæ apud Iræneū, Epi- phaniū, Hieronymū, Au- gustinū, & varios Scripto- res videre liceat. Interim hoc.

6

Heb. 7.

hoc nobis constans, com- pertumque habeatur eum fuisse hominem, & Princi- pem Gentis suæ ac Sacer- dotij honore præcelen- tem. Et quod ad Pontificiā dignitatem attinuit, & ad ritum offerendi sacrificij magnam quandam affini- tam habuit cum nostro Summo Sacerdote, licet ty- picam, figuratiuamque & in excellentia, perpetua- teque Sacerdotalis hono- ris effinxit quodammodo id, quod in nostro Pontifi- ce contemplatur; iuxta ea quæ ab Apostolo accepi- mus. Ille etenim volens Prophetæ nostræ testimo- nium enucleare, quo Sacer- dos appellatus est Christus secundum ordinem Mel- chisedech, sigillatim, & per sua membra rem explicat dicens. *Primum quidem qui interpretatur Rex iustitiae, deinde & rex Salen,* quod est Rex pacis sine pa- tre, sine matre, sine genealo- gia, nec initia dierum, nec finem vitæ habens. Vide to-

tum negotium ad expri- mendum eminentiam no- stri Sacerdotis deuoitū: vbi descriptio hæc non ni- si mystice pertinet ad Mel- chisedech, vere autem ad Christum. Nam quod eum Apostolus tale nobis pro- ponit, non quid in illo inue- niatur insinuat, sed qualem eum exponat oculis divi- na Geneseos historia, ut imaginem exprimat sancti huius Pontificis, qui secun- dum ordinem Melchiser- dech cognoméatum habet iustitiae, pacisque gestat in- signia. Ita Christus Rex iu- stitiae, Princepsq; pacis ap- pellandus erat. Iudicium na- que, & iustitiam fuerat per acturus in teris, iuxta Ie- remiæ vaticinii, pacis quo- que foedera componenda erant, ut iustitia esset fon- damētū pacis, & vicissim pax ipsa in ornamenti iusti- tiae. Ia vero quod hic Sacer- dos sine patre, matre q; des- cribitur, & series genera- tionis eius omittitur, sup- ma quændam excusentia ap- clarat

7

clarat nostri Pontificis, qui in terris Patrem nō habet nec in cœlis matrē: & æterna eiusprocessio quasi Verbi est inenarrabilis, & incomprehensibilis cogitatu. Vbi & aliud sese offert animaduersione dignum, quod cum talis depingatur Melchisedech, quasi nō habere videatur initiu dierū vel finē, consequenti ratio ne manere dictus sit Sacerdos in æternū, non quidem ex vi Sacerdotij illius, sed tantu ex forma descriptio nis, ut congrueret veritati, quā asserimus de Christo; significabatur enim quod & in superioribus annotationibus omnē successionē aboleri in Pōtificio Redemptoris: qui dū in figura prænunciatus est Sacerdos in æternū, non indiguit substitutione Sacerdotis offerentis candē victimā, sub ea forma, quæ seruata est ab ipso ingrediē semel in sancta per sanguinē suū & Crucem. Quod quasi iatibi superius expli-

catū hoc loco trāscurrim⁹, vt alia trāseamus, quæ huic sunt cōnexa. Illud quoq; nō esse p̄ttereūdū existimauit, quod & liber Geneseos manifestæ cōmemorat, & Apostolus in cōfirmatio nē sui propositi subinduxit. Etenim Abrahā à Melchisedech Sacerdote bene dictione accepit: & ipse met eidē Pōtifici decimas obtulit. Quod satis exagge rat, extollitq; noster Apostolus, vt Sacerdotalis cul minis in Christo fidem faciat ampliorē nobis. Nam in Abrahā agnouit se Leuiticū Sacerdotiū velut inferiū eo à quo benedictio nē accipiebat, & cui ipsum met in radice sua, nempe in Abrahā tributū decimarū impēdit quasi longe sublimiori. Cū enim Abrahā à Melchisedech benedicitur, & ius decimarū ab eo persoluitur. Leuitica progenies totaq; series Sacerdotū ex illa tribu suā inferioritatē profitetur ad Sacerdotiū Christi, quod in

Mel-

Gene. 14
Hebr. 17

8

Melchisedech fuerat p̄z notatū. Vt rūm⁹, sanē iusto suo pōdere, & æqua trutina librauit eximius Gentiu Doctor, vbi de altero ita dicit. *Hunc qui habebat repromissiones, nēpe Abrahā beneditus: sine villa autem contradictione quod minus est à meliori benedicitur: De altero vero hæc verba subiecit, & vt ita dictū sit per Abrahā & Levi qui decimas accipit decimatus est.* Et quidē ait, quod ad benedictionē attinet collatam Abrahā à Melchisedech ostēditur minus esse Aaronicū Sacerdotiū, quā Pontificia dignitas Melchisedech, cū soleat minus à maiore benedici. In eo autem quod posterius adiungitur quodāmodo, inquit & ipsa Leuitica posteritas ab alijs solita decimas accipere in ipso Abrahā persoluit decimas Melchisedech Pōtifici: quare illic professa est Christi Sacerdotis nostri Principatū insignem, cuius deliniata fuerat quondam celitudo in Melchisedech. Ex his demum ita collegit Paulus noster. Si ergo consummatio per Sacerdotium Leuiticū erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necesse fuit secundum ordinem Melchisedech aliū surgere Sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dici? Intuere obsecro per noui Solis splendorem, antiquæ legis, Sacerdotijque gloriam evacuatā, imo & infirmitatem proditam, & inopiam demonstratam. Vt enim per spiceres imperfectionem Leuitici Sacerdotij, quod cum suis sacrificijs non posset consummationem pacis, perfectæque felicitatis afferre hominibus, id euidens fecit communatio Sacerdotij, & legis in Christo. *Necessarium (ait) erat dari mundo Sacerdotem alium, qui non secundum ordinem Aaron diceretur Pōtifex, sed secundū ordinē Melchisedech:*

I 4

vt

Vt ex ipsa rei nouitate mō straretur, & illius ineffica-
cia Sacerdotij, & huius mi-
ra excellentia: per Christū
enim, & Pontificiam e-

ius functionem confertur
nobis desiderata salus, quā
alioqui non potuimus ob-
tinere per legem, & sacer-
dotium Aaronis.

CAPITVL. XXVII.

*Sacrificium Christi sub forma panis & vini. n. 1.
In cœna oblatum sacrificium a Christo. ibid.*

*Passionis Christi effectus significatus in sacrificio
Melchisedech. num. 2.*

*Pax & unitio Fidelium notata in oblatione Mel-
chisedech. num. 3.*

*Sacrificium Ecclesiae secundum ritum Melchise-
dech. ibid.*

*Eucharistia sacramentum unitatis, & pacis. n. 5.
Christus in æternum Sacerdos secundum ordinem
Melchisedech. ibid.*

I

SI summa regredimus, quæ rationem hanc sacerdotij Christi secundum ordinem Melchisedech, dilucidam efficere potuerunt, ut hoc ipsum eximium & præcelens fore constaret. Alia ta-

men, & ea non exigua rei huius causa est, ob quam Christus appellatus fit Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, quæ petitur ex ritu & forma sacrificij offerri soliti à Melchisedech. Nam vt ille exhibebat Deo, non oves, aut bo- ues,

Capitulum vigesimum septimum. 737

Ioſo, huiusq[ue] de sacro do-
tio Leuitico, & quod fait
Melchisedech, ut in forma
holocausti oblati in Cru-
ce per p[ro]pedas, ea expressius
significata fit Leuiticis vi-
taminis, quæ in sanguine occi-
sorum animalium perficie-
bantur. At verò si effectum
attendamus, qui est pax &
unitio fidelium patrata per
Cruce, illud in sacerdotio,
& sacrificio Melchisedech
ostensem est apertius. Iam
verò si ad hostiam altaris,
quam appellamus incruen-
tam, conijicias oculos, vide-
bis & in forma reddendi sa-
crificij, & in proprio illius
effectu, qui est pax, comuni-
o, & unitas fidelium, de-
liniatam fuisse illam singu-
lariter sacrificio Melchise-
dech. Vtrumque sigillatum
ostendi oportebit, ut vi-
deamus quod præcipuum
est in sacrificio Redempto-
ris, præformatu fuisse, ma-
xime per oblationem Mel-
chisedech: quod enim per-
tinuit ad Crucis victimam

*Euse. 1. reddat Patri pro reconciliacione omniū. Fitq[ue]; ut du-
Euange- plici ex nomine recte dica-
e. 1. Leo tur Christus Sacerdos secū-
ser. 7. de dū ordinē Melchisedech,
Paſſion. siue ad sacrificium oblatū
in Cruce, siue ad id, quod
in altari celebratur respi-
ciām². Etenim sic olim phi-
Apostolus ad Ephesios scri. Ephes. 2
bens,*

I 5

*S. T[er]c[ia].
3. p. q. 22
art. 6. ad
2.*

bens manifestum reddidit docens quid ibi potissime peractum sit ad commune bonum: *Ipse (ait) est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem mace-
riæ soluens inimicities in carne sua, legem mandato-
rum decretis evacuans, ut duos condat in se meipso in
unum nouum hominem, faciens pacem, ut reconciliet
ambos in uno corpore Deo per Crucem, interficiens in-
imicities in se meipso.* Ecce destinatio, & scopus Do-
minicæ Passionis, unitas vniuersitatis, communio Iudæorum, & Gentium, cū eorum reconciliatio cum Deo solutis inimicitijs in carne, cruceque Redemp-
toris. Quos nec lex, lega-
leve sacerdotiū potuit co-
pulare, eos in unum coiun-
xit gratia Salvatoris, me-
dium parietem, & mace-
riem cæmoniarum, legi-
isque dissoluens, ut in eo-
dem corpore unius Eccle-
siae ambo cohærent, com-
pinganturque. Ea vero

3

pax, & animorum concor-
dia, non tantum fide con-
stans, sed ex vinculo chari-
tatis connexa præcipue no-
tata est in oblatione panis,
& vini, quam Melchise-
dech habuit in vsu. Ex mul-
tis namque granis frumen-
ti panis unus conficitur, &
multi racemi in unum vi-
num confluunt; ut quod di-
ctum est in aggregatione diuersarum gentium, &
præsignauit panis & vini
sacrificium: intellexit Ioā-
nes in eo quod pessime fue-
rat à Caypha pronuncia-
tum, prophetiam diuinitus
eo destinatam, ut illic mo-
straretur nobis potissimum
fructus Dominicæ Passio-
nis, ubi ait: *Hoc autem a se. Iohann. 14
meipso non dixit, sed cū
esset Pontifex anni illius,*
*prophetauit quod Iesus mo-
riturus erat pro gente, &
non tantum pro gente, sed
ut filios Dei, qui erant dis-
persi congregaret in unum.*
Quod ergo destinationis,
& finis obtinuit rationem
in passione, & sacrificio

sancti

sanceti nostri Pontificis, id
sacerdotio & hostia Mel-
chisedech, vel maxime sig-
nificantum est, ut ex ea par-
te dictus sit Christus Sa-
cerdos secundum ordinē
veteris illius Sacerdotis. Iā
verò si ad continuam alta-
ris oblationem veniamus,
& manifestior, & amplior
significatio est in sacrifi-
cio Melchisedech. Vbi nō
tantum forma, species, &
imago, verum etiam effi-
cientia ipsa huius sacri my-
sterij plenius explicata est.
Quod satis animaduertens
diuinus noster Apostolus,
cū eloqui cœpisset de mag-
nitudine sacramenti huius,
tandem virtutis illius me-
minit, seruata similitudine
panis & vini: *Calix (ait) be-
nedictionis, cui benedici-
mus, nonne communicatio
sanguinis Christi est?* &
*panis quem frangimus, nō
ne participatio corporis Do-
mini est?* *Quoniam unus pa-
nis & unum corpus multi-
sumus: omnesquidē de uno
pane, & de uno calice par-*

ticipamus. R̄imatus ana-
logiam panis, qui ex multis
granis conficitur, & vnius
corporis constantis ex va-
rijs membris, caufam vni-
tatis proposuit in medium
ex communione Sacramē-
ti mirabilis, quod in pane &
vino transubstantiatis cō-
ficitur, quod nobis diluci-
dum fiat speciebus illis sig-
nificari, vel maxime pacē
hanc, & vnitatem fideliū.
Non est presentis specula-
tionis, ut differamus de vi
huius Sacramēti, sacrificij
que, & de perpetua admini-
stratione illius, quā habet
Sacerdos noster, ut ob eā
rationē esse dicatur Ponti-
fex secūdū ordinē Melchi-
sedech. Illud enim alio in
loco præstitum, ut in hac
parte cōtentissimus demō-
strasse, quod secundū ratio-
nē efficientiæ fructusq; cō-
parati per Crucē, & altaris
victimā, assimiletur quam
maxime oblatio Melchise-
dech oblationi Christi: &
quemadmodū cōternitas hu-
ius diuini sacerdotij singu-
lari

lari quodammodo accipi-
tur ex aeternitate effectus
in ipsis electis; ita & simili-
tudo ad ordinem, officium
ministeriumque Melchi-
sedech desumpta est ex
effectu communionis hu-
ius, siue unitatis prænota-
tae in materia sacrificij an-
tiqui, nimirum panis & vi-
ni, quod quidem præsti-
tit abunde Crucis holo-
caustum, ex toto orbe
colligens sibi Gentium &
nationum multitudinem:
quod & in suo gradu &
ordine quotidie agit my-
sterium Eucharistiae, ob-
eam rationem appellatum
Sacramentum unitatis, &
pacis, quod pacis, foede-
ra inter homines compo-
nat, quod diuinos animos
in una fide Charitateque
constabiliat, quod occul-
ta quadam operatione af-
serat Ecclesiasticam unita-
tem: quod si huic anno-

tationi, & illud accedat
pacem hanc sempiternam
fore, non tantum erit
Christus Sacerdos in aeter-
num, sed & in aeternum
erit secundum ordinem
Melchisedech: quia ritus
antiqui significatio, se-
cundum perennem effi-
ciam inuenitur in Sa-
cerdotio Christi. Ex his
continuo euadit manife-
stum, quod cum utrum-
que Sacerdotium, nem-
pe Aaronicum & Melchi-
sedech typum gerret
Sacerdotij Christi, ambo
in unum commutanda es-
sent, licet Pontificium
Melchisedech, maiorem
quandam aeternitatis ra-
tionem præseferet, sicut
& multis partibus, & ex
multis capitibus
videbatur es-
se perfe-
ctius.
(?)

C A.

*Verbo, Melchisedech, notata est abrogatio veteris
Sacerdotij. num. 1.*

*Ex descriptione Melchisedech collecta aeternitas
Sacerdotij in Christo. num. 2.*

*Sacerdotij aeternitas firmamentum est nostra spei.
ibid.*

*Iuramentum Dei ad stabiliendam aeternitatem effe-
ctus pertinet. num. 3.*

Sacerdotij functio in cœlis num. 4.

Vis (¶) potentia Sacerdotij in cœlis. num. 5.

Experimentalis notitia nostræ miseriae. num. 6.

Sanctorum cura pro nobis. ibid.

Spes concepta ex iustitia Christi. num. 7.

Iustitia Christi vis generalis. num. 8.



ACTEN V S

quidem subin-
ducta similitudi-
ne ex persona &
gradu Melchisedech eo-
visque perduximus, vt po-
tissime referatur ad com-
probandum excellentiam
noui Sacerdotis, Sacerdo-
tijque & hostiæ oblatæ ab
ipso, quin etiam verbis eis-
dem aeternitatem Pontifi-
cium dignitatis, quam habet
Christus significari dixi-
mus, vt non nihil negotij
datum nobis fuisse arbitre-
mur ad huius rei explican-
dam rationem. Quid putas
subesse causæ, quod in hoc
Euangelicæ gratiæ tempo-
re insurrexerunt prædicato-
ri nouus Pontifex, qui se-
cundum ordinem Melchi-
sedech esset, non potius se-
cundum.

cundum ordinem Aaron. Plane irritationem, euacuationemq; Leuitici Sacerdotij prefignabat antiqua Prophetia ob multam illius im perfectionem, & imbecillitatem ad conferenda hominibus bona cœlestia. Contra vero assertionē hoc loco audimus Sacerdotij æterni, & Sacerdotis in æternū mafuri, cuius virtus perennis sit, cuius Testamentum & legislatio, cuius demum singulare sacrificium in bonis æternis confirmatū fuerit; quod enim Melchisedech ita in Scripturis describitur, ac si nō haberet initium dierum, vel finem æternitatē designat Christi, & Sacerdotij eius quod habet quatenus homo est. Nam & sic argumentum instruit Apostolus noster. *Hic autem eo quod maneat in æternum, sempiternum habet Sacerdotium!* Attestatur, inquit, æternitas verbi æternitati Pontificij honoris in Christo, vt vitam eius intermin-

nabilem consequatur Sacerdotium nullo fine claudendum. Huc etiam accedit quod cum diuina Scriptura non meminerit interitus, quo conciderit Pontificium Melchisedech, nec successorem ejus nuncupauerit, quemadmodum Aaroni, euidens nobis fiat Sacerdotalem dignitatē Redemptoris, absque ullo termino, seu mensura temporis fuisse collata ei. Et hæc breuiori orationis stylo digesta sunt, vt deinceps hac annotatione totam seriem nostræ disputationis claudamus. Ex æternitate illa Sacerdotij quam Christo deferimus quasi præformatam in Melchisedech, collegit Doctor Gentium ingens quoddam incrementum solatij & materiali exuberantem fiduciæ, contemplatus illic magnum quandam, & nunquam finiendum æterni Sacerdotij fructum. Iā enim & salutem æternam fore credimus: & nunquam extin-

2

Heb.7.

Capitulum vigesimum octauum. 143
 tinguendā efficaciā speramus hostiæ illius, quæ in Cruce oblata fuit. Nec enim tantum permanet ad huc virtus antiquæ oblationis: verum & ipsa persona Christi perpetuo manet in utraque natura, tribuens efficientiam patratæ redemptioni, & sanctificatos per proprium sanguinem beatificans in sæculum sæculi. *Vnde(ait)saluare imperpetuum potest semper viuens ad interpellandum pro nobis.* Etenim licet ex diuinatis virtute salutem nobis cōferat sempiternā: secundum tamen assumptionem nostræ humilitatis naturali, etiam illic mediatoris munus exequitur, & apud Patrem pius pronobis interpellator assistit. Illic sauni sanguinem, & patratam redemptionsem quasi denuo exhibet continueque oculis illius, vt & perpetuam vim habeat in nobis redditum semel sacrificium. Nam quis trepidet ad tam firmum pro-

priæ fiduciæ fundatum, vbi & in Sacerdote nostro virtutem agnoscit efficacem, vt saluare quæat, & tam promptam in eo voluntatem esse conspicit ad hoc ipsum præstandum, cum & semper viuens esse dicitur ad interpellandum pro nobis? Denique ad huius rei confirmationem pertinuisse arbitror verba pro thematis, vt iuratum proferatur nobis Sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech, ne pe ad firmamentum spei nostræ, quo & virtutis, effectusque perpetuitatem certo speraremus ex Sacerdotio illius, cui dictum est. *Tu es Sacerdos in æternum.* Stabilitatem bonorum cœlestium significabat iuramentum Dei, vt grauis illa confirmatio æterni Sacerdotij ad effectum illius præcipue referatur. Etenim perpetuitatem hanc sui Sacerdotij certam habebat Redem

ptor

3

ptor sæculi: nobis autē nō
æque indubitata videba-
tur. Ideoque iuris iurandi
sanctimoniam ad nos perti-
nuit quam maximè, vt fi-
dei, speique firmitudo esset
amplior, neque præpedire
mur diffidentia æternitatis
adipiscendæ, qui æternum
fore in efficientia non am-
bigimus, quod ex ore Do-
mini etiam cum iuratione
stabiliri videmus in æter-
num. Hoc ipsum spei ro-
bur cōceperat animo Apo-
stolus noster, ubi & summa
vi enititur ad ingeneran-
dam præcordijs eandem fi-
Heb. 10. duciam cum ait. *Habentes*
itaque fiduciam in introitu
sacerdotum in sanguine Chri-
sti, quam initiauit nobis
viam nouam & viuentem
per velamen, id est, carnem
suam, & Sacerdotem mag-
nus super domum Dei, ac
cedamus cum vero corde in
plenitudine fidei, aspersi
corda à conscientia mala,
& abluti corpus aqua mu-
da, teneamus spei nostra co-
fessionem indeclinabilem.

4

Fidelis est enim, qui repro-
misit. Ideo ait constabiliti
per mortem, & innixi vir-
tuti sanguinis Christi, per
quem aperta nobis est via,
vt ingrediamur Taberna-
culum interius & secretio-
res cœli mansiones, & per
velamē corporis eius, quo
diuinitas ipsa contingit,
ac demum per eximium il-
lum Sacerdotem manente
in æternum, cum plena co-
fidentia tendamus ad asse-
quendum id, quod proposi-
tum nobis est in tanti exhi-
bitione beneficij, in tam fir-
ma veritatis huius contesta-
tione, corroboratione que:
& ne locus pateret diffidē-
tia, aut spes nostra posset
vlla ratione labefactari aut
infirmari, fidelem in ver-
bis esse ostendit eum qui
nobis salutem in uno Salua-
tore promiserat, donans
eum nobis in Sacerdotem,
& cū interpolatione iura-
menti, æternum fore illius
Pontificium contestans, vt
& perpetuam efficaciam
habeat in electis. Forte mi-
norem

5

nosque secum fecit victo-
res, quid verò in cœlis reg-
nans? Magnus profecto in
extollendo manus suas, magnus illic est in salutem
gentium. Et qui manibus
in patibulo exرسis Redē-
ptionem attulit mundo, Redēptionis perpetuam
vim operatur in electis, vt
perfruantur pace, profi-
gata omni Tyrannide, op-
pressioneque hostili. Nu-
quam ille diſoluit aut re-
mittit manus, vt Amalech
euadat triumphator: sed
semper habet illas erectas
in sublime, vt & semper
Israeli detur exultatio de
superatis hostibus, de mul-
titudine pacis, & requie
opulenta. Nonne vel hic
Sacerdotis partes agnoscis
in Redemptore omnium?
An verò mutuum est illius
os, & lingua silens, vt non
preces continuas fundat
pro vniuersitate suorum?
Imo verò ubi nihil est elin-
gue, nihil sine voce, sed vo-
calia omnia: mēs quoque,
& lingua illius non se con-

tinebunt à precibus; quin potius ab eis nunquam vacare cēsendus est, qui opus suum perficere conatur usque in sempiternum. De Ieremias qui viuens adhuc inter homines pro eis indixerat sibi luctū, & planū, sic habet fidelis historia. *Hic est fratrū amator, & populi Israel: hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa Sancta ciuitate, Ieremias Propheta Dei.* Et quis ita doluit, quis ita compassus est super miseria humani generis, ut unus Redemptor sæculi, qui & mærens in doloribus parturiuit sibi filios, ac de nimis cum clamore valido, & lachrymis eos in lucem edidit, moriens in patibulo? *Nū quid obliuisci potest miser: Ait per Esaiam Do-*

Esa. 49. minus: infantem suum, ut non misereatur filio uter si? Etsilla {inquit} obli- ta fuerit, ego tamen non obliuiscar tus. Ecce in ma- nibus meis descripte. Et

nunc, ô Rex Sacerorum, & Filij tui sumus: & Abraham nesciuit nos; & Israël ignoravit nos: tu autem Pater noster es: & Redemptor noster, qui tuam opem de cœlis præstolamur, ut qui viuēns in terris genuissi nos in salutem, non destituas, & precum subsidis, & virtutis efficacia cum tuo ipius Patre in cœlis regnas. Ecce namque in manibus tuis descriptos nos geris. Non habemus (inquit Apostolus) Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Infirmitates nostræ, ac miseria humanæ consors effectus compati didicit (ut eandem phrasin Apostolicam sequamur) tribulationibus nostris, quo & Sacerdotij ipsius experiamur beneficia, & gratiam impensam ex virtute illius. Idcirco & illud adiecit continuo: *Ade-*

mus

6

Heb. 4.

7

mus ergo cum fiducia ad thronum gratiae eius, ut misericordiam consequamur in auxilio opportuno. Ave rō qui Ieremias nuper me minimus, in Petro & in Paulo, res non est ostensus difficultis, ut qui viuentes in terris premebantur sollicitudine oīnnium Ecclesiarum, in cœlo translati multo maiori angerentur cura pro vniuersitate fidelium. Nam & eam opem pollicitus est eis Petrus dicens: *Dabo autem operam, & frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriā faciatis.* Et quid aetorum putas Redemptorem sæculi, Sacerdotem magnum in afferenda electorum salute, quos pretio sanguinis sui redemit sibi, quos in perpetua charitate dilexit, & quasi oues perdistas tam anxia solicitudine requisivit? Impleuit sane re ipsa & effectu, quod virtute perfecit, moriens in Cruce: & qui per sanguinem suum introiuit semel in sancta, ut æternā in nobis efficeret Redēptionē, ibi comoratus, ipsam in æternū consummabit, quemadmodū & Paulus de illo afferit dices: *Non enim in manu Heb. 9. facta sanctitas suis introiuit, exemplaria verorū. Sed in ipsū cœlū ut appareat nunc vultus Desi pro nobis.* Apparet autē semper Sacerdos summus cū precibus & hostiis sua: quæ licet iam olim redditus fuisse videatur, semper tamen præsens est in gratia & operatoria virtute, cōtinuāq; efficacia. Ad extremū etiā adēpta est tibi toti⁹ desperationis occasio ex perpetua, inuiolabili que iustitia Sæcti nostri P̄t̄ificis, qualē, & in superioribus depinxit Apostolus. Nā & totius nostræ Redēptionis summā huic vniuersitati videā adisci ipsisse Angelus Gabriel interpres visionū cū ad Danielē sic loquitur. *Septuaginta Hebd. 9. Daniel. mades abbreviata sunt super populatum & super urbē sanctā tua p̄cōsum.*

K 2 me.

8

metur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna. Hucusque deducta est series orationis, ut resolutio communis Redemptoris censeatur facta fuisse ad iustitiam Sacerdotis nostri, non quacunque, sed diuinam & sempiternam. Illa etenim radix est; cui tota innitur virtus reparacionis efficiendæ per Christum. Porro capitalis iustitia eiusdem quatenus homo est, notata fuisse videotur à Ioanne, cum sic ait:

Si quis peccauerit aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum: & ipse est propitatio pro peccatis nostris. Pro fundamento propitiationis assurgata est illius iustitia, ut ineluctabile fore agnoscas, omnes sine precū, sine proprijs corporis sacrificium. Iij quos in exemplum exactæ iustitiae proposuit Di-

uinus spiritus, semetipsos à periculis imminentibus liberare potuerunt, non tamen suos: quia curta erat, & singularis eorum iustitia. Noë, Daniel & Iob liberare potuerunt animas suastēte diuino Eloquio: sed nec Noë mundum à Diluvio exiuit, nec Daniel Hierosolymam à dispersione & desolatione, nec Iob filios suos ab excidio, & vastitate: non sic Santos, & impollutis Sacerdos, qui & in tempore ira cundia factus est reconciliatio, & in munditia precum suarum saluabit suos imposterum à perditione, ut non diffidas insigni potentiaz Summi nostri Sacerdotis ingressi semel in Sancta: cui quin Patre, & Spiritu Sancto sit honor & gloria in æternum, & in sæculum sæculi. Amen.

(?)

L I.



LIBER SECUNDVS DE AETERNO CHRISTI SACER- DOTIO.

IN EVNDEM VERSVM

Psalmi 109.

Iuravit Dominus, & non paenitebit eum: tu es Sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech.

CAPITVLUM I.

*Fides Christi confirmata ex verbo Sacerdotij nu. 1.
Superexcellens benignitas dicitur, quasi transgres-
sio num. 2.*

Sacerdotis gloria effulgens in Crucis opprobrio. ibid.

K 3

Aaro-

Aaronici Sacerdotis splendor, & gloria num. 3.
Scandali materia præcisa in Verbo Sacerdotij aeterni. num. 4.

Institutio & virtus sacrificij altaris num. 5.

Sacerdotij aeternum ob aeternam virtutis efficaciam. ibid.

IES virtutis anteriori versicu-
lo in mediū pro-
latus fuerat, & in suprema
infirmitate morientis af-
fuisse principium Redem-
ptori assertum est. Audi-
uimus Patris individuam
substantiam nunquam ab
illo seiuētam fuisse, cui
dictum est. Ex vetero ane
Luciferum gerente. Cor-
roborata hinc fuerat, &
fides & constantia fide-
lium, vbi audītum est cum
reparatore omnium suis-
se, adesse quis principium
in splendoribus Sancto-
rum ad perennem efficac-
iam Redemptionis exhibe-
re. An ne finem hic di-
cendi faceret Psaltes exi-
mios, & suspensos animos
reliqueret in contempla-

tione huius tam admiran-
dæ noitatis? Imo vero
ne forte villa hæsitationis
occasio reliqua esse vi-
deretur fidelibus, ne inter
Crucis opprobria nuta-
ret postinocum fidès ele-
ctorum, & fortitudo con-
ceptæ fiduciae labesceret
in tanta conturbatione or-
bis terrarum, ad rem sta-
tiū venitur, ut modus ape-
riatur quo patrata est sa-
lus à Redemptore inorta-
lium. Iam enim præscrip-
ta ea forma, qua ventum
est ad Redemptionem ef-
ficiendam, nemini ambi-
guum esse potuit cum ip-
so, & in ipso fuisse prin-
cipium in die virtutis & in
splendore claritatis aeternæ,
quasi cum unigenito
Verbo: cunque enarran-
da

da forent, quæ dignitatis
& ignominia insignia esse
videbantur, non quasi hu-
mili, ingloriisque, non qua-
si vacuum virtute descri-
bitur quod erat summæ hu-
miliationis. & opprobrij:
quod nihil aliud præter in-
firmitatem præferebat in
se ipso, vestitus gloria, in
deutus virtute, supra omne
quod in hominibus glorio-
sum & præualidū esse consi-
pitur: ad originem huma-
næ reparationis retexendā
contenditur, quid aetam
sit in Cruce, quoniam per-
tinuerit diuinæ bonitatis
quasi transgressio tam stu-
penda, in modo efficiendæ
redemptionis profertur in
medium. Ex templo nobis
excelsum ac sumnum Sa-
cerdotem secundum ordi-
nem Melchisedech obiicit
oculis vates Regius, eū pla-
ne cui & regia potestas ad
fir & Pontificia celsitudo,
quemadmodum in Melchise-
dech duo illa ex æquo inue-
ta sunt. Sed & quid lōge su-
perius insinuatū est illic de-

Divinitate Redemptoris,
quod iāiā testimonio Apo-
stoli confirmare festina-
mus. s. n. inquit, inter Cru-
cis cōtumelias Sacerdotē
insigne, qui per sanguinem
suū ingredies semel in san-
cta, propitiationē adducat
vniverso generi humano.
Vbi est Aaronici sacerdotij
splendor, vbi gloria prodeū-
tis in tēplū, ingredietis San-
ctas anctorū in ornato auri,
gēmarū & lapidis pretiosi?

Sic enim liber Ecclesiasti-
cus sub breuitate depingit
q̄ in eo gestus est. Statuit ei

Testamentū aeternū: & de-
dit illi Sacerdotū gētis: &
beatificauit illum in gloria,
& circuncinxit eū corona
iustitiae: & induit eū stola
glorie, & coronauit eū in
vasis virtutis (stola sanctā
auto & Hyacintho & pur-
pura opus textile, vīri sa-
piens indicio & veritate
præediti). Et ut transcurra-
mus cetera; Corona (inquit)
aurea super mitram eius,
expresa signo sanctitatis,
& gloria honoris, &

Exod. 4:4
Eccle. 4:5

4 opus virtatis, desiderio oculorum ornata. Quid enim persequamur singula, ubi tanto excelsior exhibetur nostris oculis sacerdotalis honor, quanto excelsius cœlum quam terra; immo vero quanto excelsior est Deus homine? Quid fulgorem Pontificie dignitatis in Aarone producimus, ubi sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech sese prodit, ut cætera obnubillet, & quasi caligine involuat? Hæc autem euidentia fieri, ubi sigillatim explentur. Quid vero actum est prodeunte luce diuini huius sacerdotij quæ nobis resplenduit? Iam nimirum aliter nos comparamus ad censemendum de Cruce Domini, & crucifixi opprobrio: nec nos frangit humilitas redimentis, nec patietis ignominia nos ipsos perturbat. Contemplamur enim pendente in Cruce, non quasi reum, & propria vrge impietate adductū pa-

tibulo, sed quasi expropria & sacerdotali functione ingredientem per sanguinē suū in sancta illa superna, *Iren. li.* & singulari hostia conferantem cœlestia terre-
stribus, iima summis intue-
mur Pōtificem confessio-
nis nostræ firma iurisuran-
di pollicitatione consecra-
tum sacerdotē in æternū,
extra quem nullum aliud
in terris, nisi ministeriale
sacerdotium sit, quod &
ab illo totam suam origi-
nem ducat. Ipsum in Cru-
ce meditamur noua con-
dentem sacramenta cum
virtute mirabili, abolen-
tem vetera, & prioris Te-
stamentivmbras, tenebrasque
penitus effugantem. Ibi agnoscimus ita redden-
tem Sacerdotē, quod proprij est munera in obla-
tione hostiæ suæ, ut & con-
summatis, abolitisque ho-
stijs antiquis, vnicum sa-
crificium relinquat Eccle-
siæ celebrandum ritu per-
petuo: cui enim contulisse
nuper videbatur initia in-
5

ter legales epulas celebra-
to Phase, quasi figura im-
molandi agni in Cruce, ei-
dem ipsi potissimum origi-
nem contulit in morte sua,
adijciens ei virtutem in-
deficientem, quemadmo-
dum & sacramentis alijs,
quæ suam vim habent ex
sanguine Redéptoris. De-
nique ibi contemplamur
pendentem quasi nouum
Legislatorem, qui transla-
to sacerdotio legem quo-
que veterem alia efficacio-
ri commutet, iuxta id quod
Ioan. 1. apud Ioannem legimus,
Lex per Moysen data est,
gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Sic
namque Sacerdos in æter-
num dictus est ob æternæ
virtutis energiam colla-
tam legi, collatam sacra-
mentis, & sacrificio vno
Ecclesiæ Catholicæ. Ibi
namque sacerdotalis fun-
ctio dum finem facit viati-
mæ illi, quam oblatus e-
rat in Cruce inexhaustam
relinquit mundo cœlestis
reconciliationis virtutem,
& mysterijs à se conditis
miram humanæ sanctifi-
cationis, glorificationisq;
confert efficaciam. Ideo-
que sacerdotium illius æ-
ternum fore pronuncia-
tur, cum dicitur: *Iurauit*
Dominus, & non paenitebit
eum: tu es Sacerdos in
æternum. Ethæc quidem
sic transcurrimus, ut ad
ea postmodū enu-
cleanda venia-
mus.



CAPITULUM II.

- Iudaica malitia confutatur verbis Prophetæ. n. 1.
 Sacerdotij virtus demonstrata in Cruce. n. 2.
 In Christo impleta est omnis prophetia. ibid.
 In Christi morte legalia consummata. ibi.
 Iudeis Sacerdotium adeptum. n. 3.
 Ecclesia Christi ubique sacerdotij & sacrificij ritum obseruat, ibidem.
 Voluntaria Christi Passio in multis insinuata. n. 4.
 Vox morientis in Cruce. ibid.
 Clamor Christi ad oblationem pertinuit sacrificij. num. 5.
 Oratio pendentis in Cruce ad communem salutem pertinuit. ibid.

I

BI est, o Iudei, vestra contumacia in persecundo Redemptore mortalium? nonne concussum fortiter animi rebellionem, confusas cogitationes cordis vestri, & perseverantem incredulitatem conuictam esse manifesti erroris deprehendit, dum sub contextu carmine

nis huius sacerdotalis munieris functio vobis opponitur in ipsa Cruce, quam Melisæ vestro preparare non formidastis? Siue autem vos, qui in eadem damnatione estis, dum in Crucem impingitis, quasi in peccatum scandali, siue paretes vestri, qui Dominum gloriam addixere Crucis, universi ecclæ gladio percussi, velitis, nolitis, agnoscere cogimini Pontificij

Capitulum secundum.

155

ficij ordinis celitudinem in Reparatore nostro. Vos neimpè hoc vestros omnes conatus appulisti, ut gloriam obscuraretis pendens in ligno: & dum mortem intentatis Autori virtute immortalis, in eo consilia vestra versabantur, ut nomen crucifixi de terra exterminaretis, ipsumque conuicti, contumeliosque affectuæ toti orbi reddebetis exosum. At contra existimias vates longè antea sollicitus pro gloria posteritatis suæ, & diuinis uigilias, diuinos ei, ubique honores rependit, & nihil nō subline de illo prædicare conatur. Cumque ad rem deuentum est, ut enarraret hec ipsum, quod per crassam ignorationem, sed tamen per summam impietatem actum est a vobis cum Redemptore scelerum, idipsum quod ex redimento fuit, opus sacerdotij æterni foisse declarat, pertinuisseque ad sacrificium humanæ reconciliationis grandi quandam attestacione confirmat. Et vos quidem omnino disperdere salutarem moliebamini, & obtenebrare splendorem claritatis immensæ, ne forte vniuersæ gentes post eum abirent, quod nuper formidabatis. Verum non ita cogitauerat Dominus, non ita per Spiritum Domini edocitus Propheta Regius rem ipsam depinxit, dum quod ex vobis erat facinus horrendi piaculi, translatum ad eum, qui appensus est in patibulo, nouis præcolorauit schematis, & adornauit honoris titulis, huius ipsius ignominiosæ Passionis speciem contexit gloria, & commutavit uitatem, quod ibi erat fragilitatis humanæ. Describitur à nobis Sacerdos in æternum, qui ascendit in Cruce: & fructus contumeliosæ Passionis perpetuus fore prohibetur in verbo Sacerdotij æter-

2

æternæ redēptionis opus ob oculos ponitur, & æterni Testamenti mediator Christus Iesus. Dum Sacerdotium illius cum iure iurādo instituitur, ac subin de sempiternū esse demon stratur, sicque effectū est, o perfidi, vt cuius est in hominibus perpetua opera tio, qui in sanctis suis habet effectum perennē, habeat quoque in illis nomen æternum & gloriam immortalē: quod si forte dubitas, o Iude, an hoc ipsum vaticiniū Prophetæ impletum fuerit in Christo, quem tu ad Cru cis ignominiam adegitisti: dic mihi quidnam obstat tibi quoniam eum & Redē ptorē agnoscas, & suum Sacerdotem ibidem expiā tem quod in ipso erat, per propriam hostiam nostra omnium delicta: ipse met

Ioan. 19 iamia in Cruce moriturus,
Aug. in Consummatum est, ait, con tract. *12.* testat⁹ est plane omnia quę de ipso pronunciata fuerant à Prophetis, eosque euētura, impleta iam esse.

Et quid obsecro, anne iota vnu, aut vnu apex r̄ter missus est, vt non agnoscas reparatorem omnium eū qui in semetipso sic adim pleuit omnia? sed & cōsum matum esse ait, quidquid veterum figurarum myste rijs fuerat adūbratū, vt cedat luci caligo tenebrarū, & succedēte veritate pro ditæ in mundo salutis, facef sant egena elementa legis per Moysen promulgatæ, consummatum est quid quid ad expectationē pertinuit Redēptionis exhibendæ, vt hostia in hostiā transeat, lex commute tur lege, sacrificia cum sacramentis intereant, & dum mutantur in se ipsis, impleri, consummatique dicantur: quod si hæc non *Leo Ser.* ita se habere credis, ex 36. & 7. perire certe in temetipso *de passio ne Dñi.*

quod dicimus: vbi Sacer dotum, vbi cæremoniæ sacræ, vbi ritus sacrificij offerendi, quibus & locus ipse oblationi desig natus interdictus est, nec ad

3

Capitulum secundum. 157

ad illum patet accessus? Sa ne consummatum est cu. n sacrificio Sacerdotium, & fugatæ sunt tenebrae ad lu cis splendorē effulgentem. Et tu quidem etiam noles, abieci tui victimas pristinas, vt cedat Pontificiæ dignitati secundum ordinē Mel chisedech Leviticum Sac erdotiū: quid vero Eccle sia congregata per Christum? Ea sane per totum or bēm diffusa illibatam conseruat legem offerendi sa crificij: etsi qua illius reg na per vim occupata sunt à barbaris nationibus, in eis etiam vestigia religio nis conspiciuntur, qua & sa cramenta, & sacrificiū sin gulaire mediatoris secūdū ritū à Melchisedech obser uatū sint in vsu celebratio nis perpetuæ. Vbi sacri ficia vestra cum Sacerdotio repulsa esse depreheditis, vt locum suum obtineat vnicā hostia Redemptoris in Christiana Repub. iux ta vaticinium Malachij. Non est mihi (ait) voluntas in vobis, dicit Dominus Euse. Cæ exercituum: & manus non sar lib. 1. suscipiam de manu vestra. demonst. Euag. c. Ab ortu enim Solis usque ad occasum magnum est no men meum in gentibus. 18. de Ci in omni loco sacrificatur ut. Dei nominis meo oblatio mūda. c. 35. & lib. 19.c. Quid vero etiam adhuc ca lumniari non desinis opus illud oblationis in Cruce, quasi non sponte seipsum Christus in sacrificium ob tulerit Patri, sed tuo potius furori cesserit, condigno autem proprijs meritis sup plicio fuerit peremptus? nam quod in Cruce moriens emisisse, tradidisseq; Spiritum dicitur, spontaneam patiendi, moriendi que voluntatem significat, vt libens perficiat, reddat que hostiam suam Patri pro reconciliatione homi num: sed & quod in manus Patris quasi, in depositum commendat spiritum suu, vt paulopost eum resu mat, non sibi quē nunquā reliquit, sed ad unionē carnis, plenam insinuat potestate

Mala. 1.

4

statē ponendi & resumen-
 di animam, quemadmodū
 de Incar-
 nat. Agu-
 stini. in
 Joan. tra-
 Ha. 37. lis Centurio animaduertit
 & 119. in clamore præualido ex-
 Rup. lib. halantis animā Redempto
 13. in 16. is? Etenim vt Marcus enar-
 Ioua. 10 rat, videns Centurio quod
 Mar. 15. sic clamās expirasset Chri-
 Amb. li. stus, in vocem erupit con-
 Luc. 23. fessionis admirabilis profi-
 Bed. ibi. tens & Deum, Deique Fi-
 & Max. lium, & hoainem iustum
 in Mar-
 ciis. quem aliqui morientem
 in ligno conspexerat: quid
 vero præseferebat tam in-
 gens vociferatio in tanta
 infirmitate, ac defectione
 humanæ virtutis? plane di-
 uinam in eo adesse virtutē
 demonstrabat, & potestatē
 inesse illi ad deponendam
 animam, refinendamve,
 coercedamque ab exitu,
 & dissolutione antiquæ
 vniōnis cum carne; vltro
 autem & potenter emisit
 spiritum, quia proprium
 peragebat munus in pati-
 bulo, sui corporis & san-

guinis victimam exhibens
 Patri, pro salute mortaliū:
 velis nolis, o Iudæe infe-
 licis, proferam tibi vnum ex
 Prophétis nostris, quæ ego
 pluris facio quā centum
 Rabbinos tuos, imo & quā
 Scribas omnes quātumuis
 in legis intelligentia versato-
 tos. Etenim Paulus primū
 quidcm ad pedes Gamalie-
 lis edoctus, deinde cœlitus
 de mysterijs Christianæ re-
 ligionis eruditus ita intelle-
 xit clamorē Domini voci-
 feratis in Cruce, vt ad æter-
 ni illius Sacerdotij munia
 & ad executionē oblati sa-
 crificij pertinuerit, dum ita
 eloquitur. *Qui in diebus Heb. 5:*
carnis sue preces, supplica-
tionesque ad eum qui posse
illum saluum facere a mor-
te, cum clamore valido &
lachrymis offerens, exaudi-
tus est pro sua reverentia.
 Sane vox illa, vox fuit con-
 summantis holocaustū &
 peragentis negotiorum salu-
 tis in sanguine Redempto-
 ris, nam & sic Esaias Pro-
 pheta vester, Euangelista
 vero

5.

vero noster contempla-
 tus in Cruce moriente &
 pro peccatis hominum de-
 precantem, quasi vox illa
 vox esset Sacerdotis sum-
 misuam victimam offeren-
 tis pro expiatione delicto
 Esai. 53: ram, *Et ipse (ait) peccata*
 Chrysost. *multorum tulit: & pro trās*
 in Mat. 3 *gressoribus rogauit, tulit*
 hom. 11. *& demō plāne non simpliciter re-*
 str. *quodmittendo sed luendo pœ-*
 Christus *nam, & seipsum immolan-*
 sit Deus dō pro mundi criminibus,
 Luc. 23.

CAPITVLVM III.

Argumenta exauditi Sacerdotis in Cruce. num. 1.

Vel amnis discissio in morte Christi. num. 2.

Vel i ruptio quid apud Paulum significet. ibi.

Vel i exterioris discissio in morte Christi. num. 3.

Vel i discissio trāslationē sigat fidei ad getes, n. 3.

Iudæis sublata occasio erroris ex productō Sacerdo-
tio. num. 4.

Prophetæ institutum. num. 5.



VID moraris,
 o Iudæe, in ag-
 noscendo Sacer-
 dotio Christi,
 aut quid te remorari vi-

dentur opprobria patien-
 tis, quominus profitari
 verū Sacerdotem ingredie-
 tem in sancta per sangu-
 nem proprium ad ex-
 piatio-

piationem delictorū? olim quidem ignis è cœlo, vox e propitiatorio , et si qua erant alia diuinæ exauditionis argumenta proferri sunt solita in contestationem grati , acceptique sacrificij. Et quid obsecro, victimæ huic & pleno holocausto defuisse vides ad sui ostensionem , aut quoniam se prodat in extensis signis , imò & euidentibus argumentis ? In cœlis, in terris, in monumentis de functorum , apud inferos & superos horrenda prodigia conspiciuntur , & conturbantur homines ad nouitatem rei, quæ prodita est in mundo: quia nimis in uno Redemptoris sacrificio commutabantur omnia, lex in legem, figura in veritatē, sacrificia in sacrificium, ibi potestas mundi & regnum principis tenebrarum transferebatur ad Christum , spoliabatur infernus, & ad preces, supplicationesque nostri Summi Pontificis cocepta quō-

dam Dei in homines indignatio, in multa est benignitatem conuersa: nonne insignia Sacerdotij , nonne Sacrificij propitiatorij magnam quandam demonstrationem intueris ? Dic mihi , ô Iudæe, ut cetera omnia præteream, quid si bi voluit velaminis discissio, & sacramentorum vestrorum tam noua , & tam insolita reuelatio ? Semper vobis religio fuit ne quisque præter summum Sacerdotē ad interiora velaminis penetraret umquam, sed solus ipse semel in anno, & non sine sanguine illic introiret. Soli ei patabant, quæ intus cludebantur, nec fas erat ulli hominum ea conspicere, quæ illic cum tanta solicitudine asservabantur. Audi vero si libet, ô Iudæe, rationem huius mysterij redditam à nostro diuino Apostolo. Cum enim sigillatum enumerasset quæ intra Sancta sanctorum sub velamento cludebantur, sic dicit. His

ita

Heb. 9.

3 Ita compositis in priore quietione inuenta. Iam igitur ut allegoriam , & parabolam temporis instantis, seu presentis insequamur, iuxta doctrinā Apostoli, priorre illo Tabernaculo habente suum statū, nondū aperata erat via sanctorum, non dum patebat hominibus aditus ad sancta illa superna, ubi autem velum Templicissimum est, ubi & superliminare templi, & Templum ipsum diruptum est iuxta Patrum fidem, iam excidit ab statu suo Tabernaculum pristinum, & pro palari cœpit via sanctorū, ingrediente semel in sancta per sanguinem suum nostro Summo Sacerdote qui Redemptor est omnium. Præterea veli, templique dirupcio, translata iam esse à vobis sacramenta fidei ad gentes significat, & quæ sub ænigmate proposita fuerant Iudeis, iam clarain luce obijci oculis fidelium populorum quasi revealata per Christum , & ministros eius Apostolos,

L Euan-

Hieronymus ad Heditia q. 3. & in Lachiel 47.

Augus. Euangelistasque multa non
de gratia nisi Te*noui* *Ce-*
stol. 120. *Epi-*
contra *lib. 12* *Faustum* ipsum, de quo sermonem
cap. 11. instruimus, nempe Chri-
stum esse Sacerdotem illū
secundum ordinem Mel-
Hiero. chisedech. Hæc interiā
ad Da- velut in transcurso annota-
matum *de viisi.* ta fuerint, ut & obvietur
Iudæorum perfidiæ, &
materia totius scandali de
medio auferatur, non er-
go putet Iudæus pertinax
cum liborio Crucis glo-
riam interire Salvatoris:
cuius æternum Sacerdo-
tium, & perpetuam habet
efficaciam in homini-
bus, & ipsius et Incarnato
Verbo immortalitatis, &
externæ apud homines
gloria dona conciliat. Nā
& huic errori continuo cu-
rauit obuiare Vates exi-
niias, cū Sacerdotem de-
pingit eum ipsum, qui bibi-
turus fuissc prædicatur de
Torrente in viam mortaliti-
tatis huius. Quin & illud
studiosius animaduertisse

visus est Propheta fide-
lis, vt stultæ intelligentiæ
Iudæorum se opponeret
in mysterio Redemptionis
per Crucem à sæculis abs-
condito. Etenim Messian
vestrum, vt paulo ante di-
xeramus, in curruum &
equitum multitudine ad-
uenturum præstolabami-
ni cum fastu & humana po-
tentia, sic insignia trophyæ
de hostibus comparanda,
sic subiiciendos inimicos,
& statuendos in scabellum
ipsius Redemptoris expe-
ctabatis, & nunc etiam ex-
pectatis miseri, quasi exer-
citus conslipata caterua,
quasi hastæ concusæ, &
gladij anticipitis istu debel-
landie esent omnes adver-
sarij eius. Videlicet e regione
filios regni exterrendos es-
se humilitate, Cruce que
Redemptoris, & in eundem
ipsum ceu lapidem offen-
sionis miserabiliter impa-
cturos. Ut autem a proprio
instituto non recederet, sed
ubique admirabilem Repa-
ratoris omnium declararet
cel-

celositudinem in eo quod
extremæ despectionis, de-
pressionisque videbatur in-
dicium, præcipuam quan-
dam principis nostri digni-
tatem profert in lucem, di-
cens: *Iuravit Dominus,* *non paenitebit cum: tu es*
Sacerdos in æternum secun-
dum ordinem Melchise-
dech. Sic plane dixisse vi-
sus est Psaltes egregius, *o*
vos qui ducem prælij, qui
Saluatorem præstolamini
Israelitici populi, nolite
animos vestros distendere
ad peregrina meditanda
de Redemptoris aduentu,
quasi in equis & quadrigis,
quasi cum externo appara-
tu, & gloria fines vestros
sit inuisitus. Quinimo cū
mortalem, cum humana
infirmitate circundatum,
cum indutum opprobrijs,
& confusione videritis,
ac demum patibulo affixu
non concidat vultus ve-
ster, manus vestræ non dis-
soluantur quasi ab spe co-

in terris perdu-
rauerit.
(?)

CAPITVLVM IIII.

*Triumphis Christi quorsum mentio de Sacerdotio.
adiecta. num. 1.*

Sacerdotis munia. ibid.

*Sacrificium Christi redditum in cordis angustia.
num. 2.*

*Hominum Redemptio effecta in multa pace. nu 3.
Melchisedech in ipsa pace typum gesit Christi. nu-
mero 4.*

*Ratio metaphorici sermonis in Redemptione descri-
benda. num. 5.*

*Christus attulatur prælatoris epithetis ob passionis
virtutem num. 6.*

IVR AVIT, secundū ordinē Melchise-
dech? mirum id vero quod:
inquit, Domi-
nus & non pae-
nitibus eum, tu
es Sacerdos in æternū.
Quidna nescit, o viri, quod
inter insignia facienda al-
teroris omniū inter triū-
phos inclytos Principis no-
stri ad Sacerdotij æterni
descriptionem sese appu-
lerit. Propheta eximias,
quod demum illum depin-
gat nobis Pontifice magnū.

Nonne

Capitulum quartum.

165.

Nonne duo hæc ediame-
tro secum pugnantia vide-
buntur, & in vnum cohære-
re non posse? Et quidem
2 prælatoris, triumphato ris-
que insignia lōge alia sunt, i-
vbifero & lancea, vbifero
rū machinarum & bellico
rū instrumētorū violentia
ad id cōtenditur, vt deua-
stetur acies, subuertantur
regna, diripiantur ciuita-
tes, triūphi nobiles de ho-
stibus cōparentur. At Sa-
Hieron. cerdotis partes multo ab
in Psal. illis diuersas nobis depin-
to. Chry- git Apostolus in ea Episto-
soft. bo. mi. 5. de la, quam ad Hebræos desti-
verbis. rauit: Omnis, ait, Pontifex
Esaia. ex hominibus assumptus,
Hebr. 5. pro hominibus constituitur
Dionys. in ijsqua sunt ad Deum, vt
c. 6. Ec- offerat dona, & sacrificia
cles. hie- pro peccatis. Et quodnam
rar. Chry- est Sacerdotis opus, quæ
soft. bo- munia obsecro? Causas
ml. de agit Sacerdos populi, nego
Adā & tui gerit totius multitudi-
Eua Ori- ne, in nu- nis: dum precibus pulsat au-
ge, in nu- me. c. 18 res diuinæ clementiæ, dum
borum. 10 offert dona, & sacrificia
pro peccatis. Mediato rem

se exhibet inter homines,
& Deū, si forte miseratio-
num multitudo absorueat
miseriæ magnitudinem. Et
his amplius Sacerdoti no-
stro adscribere nō erubef-
cimus; fufragante nobis
Apostolico, testimonio.
Nec enim quale suis pre-
ces, non quo quis modo suū
reddidit Patri sacrificium,
dum & in terris cohabita-
ret nobis, & in Cruce pro
nobis pateretur. Quinimo
& saepius humanas mise-
rias deplorasse agnoscitur:
& dum perficeret hostiam
qua mundi totius consum-
mabatur redēptio, preces,
supplicationesque cum cla-
more valido, & lachrymis
obtulisse fertur. Quid ergo
consonantiae habere videa-
tur potestatis regiæ ampli-
tudo, & illustres tituli, cōpa-
ratæ per carnem victoriæ,
cum Pontificia functio-
ne? Quid Sacerdotalis in-
fusa commune habet cum
veste militari? Quid hor-
renda prælia cum tran-
quillitate mirabili quam

L 3 præ-

præfert, & sacerdotalis culminis honor, & ipsa ministerialis executio Sacerdotij? Quid profusione lachrymarum in expetenda pro criminibus venia, cum horrore prælii & expetito de hostibus insigni trophyo? bene quidem; nec minimum nobis negotium datur in conciliandis, componendisque in vnum quæ dissidentia inter se esse videntur. Nemo sane qui recte sentiat de Salvatore mortalium & de salute destinata in mundum, alter de illa censere poterit, quæ quod fuerit in multa pace, hominum redēptio in terris effecta. Nā & ipse autor salutis, Princeps pacis appellatus est ab Esaia Propheta, & pacis quasi fluuius effusus est in mundū ingrediēre illo per carnem in orbē terrarū; ut & vaticinii eiusdē Esaiae impleretur, & vox Angelorū multorū nō cassa & inanis permaneret, dū in ortu Redēptoris clamare incipiunt;

Esa. 9.

Esa. 2.

Gloria in altissimis Deo, Luc. 2.
 Et in terra pax hominibus bona voluntatis. Nec vero aliunde mendicemus oporet quod huius est argumēti, cū & series aperta carnis huius nobis hoc ipsum evidenter demonstret. Ut enim omittamus quod diuinī Sacerdotij propriū fuit, nimis per sanguinem Testamenti, & sacrificij sui facere utraq; vnu, & consecratio, confoederareque terra coelestibus, hoc ipsum etiam manifestius in typoli Melchisedech nobis expressum fuisse deprehēdimus. Idcirco Melchisedech personā gesit Christi Sacerdotis nostri, testātē illud Apostolo, dū ait: *Af. similatus autē filio Dei. Ni mirū quia rex Sale, hoc est pacis, interprete eodem Apostolo, institutus & appellatus est. Quo sit ut & Abrahā revertentiā cādū quatuor regū nō occurrerit Melchisedech, in noua cōmotione præliorū, sed in multa pace offerēs pane*

&

Heb. 7.3

& vnu: quod genus sacrificij quasi Sacerdos Dei aikisimi arrogabat sibi, cū ergo Sacerdotē aūdis secundum ordinē Mechisedech, pacis principē cōtinuo agnosce, qui sic nuncupatur: cū & is qui figurā Christi expressit rex dicatur fuisse Salem quasi rex pacis, nam & illū nō conspicis accinctū esse ad prælium, qui præliatori ac triūphatori Abrahā obuiam pergit cū pane & vino, quoru erat usus in iugis sacrificio. Et hēc quidē ita se habent ut & princeps pacis dicatur Redēptor, & quod ex ipso est in multa pace ac tranquillitate offerat suam victimam Patri: quid vero actum putas, ut quod tam insignem pacis imaginem præfert attuletur nouis epithetis certaminis & quasi cruentibelli? iam enim trophya Redēptoris per Crucē varijs quasi bellorum tumultibus & multo equitū, equorum quadrigarū, armorū apparatus parta fuisse descripsit

Abachuc Propheta: verū nō est quod eis verborum metaphoris exterraneatur, dū id quod in multa pace gestū est, quasi sub certamini schemate depingitur nobis; vide autē manifestari rationē cōmutatæ phrasis à sanctis Prophetis, dum ad militiā cōvertitur, quod erat tranquillæ ac Pontificiæ functionis. Plane ut diuinā inesse virtutē perspenderes, ut ineluctabilē efficiaciā agnosceres in sacrificio Mediatoris ad afferendā libertatē electorum, ad eripiendū regnū Principibus tenebris, & quidquid est aliud in Redēptionis factore, ideo ad portiū ar morū & currū declinatū est ab humilitate patientis, & in tremore ac luctu propriū offerentis sacrificiū. Nec tā ad media instruēta & formā, seu via triūphi, cōparandi, quā ad effectū gloriōsi trophyi coniecerūt sāpē oculos sancti Prophētē, cū ita loquerēt quis est inquiunt, hic effractor

L 4 ve-

6

Psal. 23. vectiunr, reserator inferni, direptor spoliorum, libertatis aſtertor, triumphantor excelsus? *Dominus* (aiunt) fortis & potens. *Dominus* potens in prælio: & rursus: *Dominus* virtutum, ipſe est Rex gloriae, potens (inquiunt) in prælio, *Dominus* virtutum. Dominator virtutis, cui subest cum voluerit posse, cuius ſoſtitu- dini nemo vñquam obſiſte queat. En tibi quod per ſanguinis effuſionē ef- fectum eſt, vi certaminis, virtute infuperabili factū fuiffe deſcribitur, vt ſub eo

quod humilitatis eſt, abſcō ditam eſte agnoscas diui- nam efficaciam. Atque ita nimirū contéplamur hinc ſummū Sacerdotē in mul- ta pace offerentē munera hostiæ ſuæ, illinc vero po- tētia inæſtimabili cōfringē tem arcus, cōterentē armia, diripientem ſpolia impio- rum. Id tamen ita medita- mur, quemadmodū rē no- bis depinxit *Eſaias*, vt non. *Eſai. 9.* ferro & armis prælia ſint commiſſa, non gladij, aut haſtæ violentia partus fue- rit triumphus, ſed ſicut in die Madiān.

CAPITVLVM V.

Conſilium diuinæ ſapienție in oppugnandis hoſti- bus. num. 1.

Judith. et) Iahelis facinus inſigne. num. 2.

Dei fortitudo in Sathana debellando. n. 3.

Prælium Christi cum Sathana quale fit. ibid.

Principatus obtentus per obedientiam, et) humili- tatem. num. 4.

Christi pugna ſub tolerantia Paſſionis. num. 5.

Redem-

Redemptionis, et) vltionis idem opus. num. 6.
Hiericho et) Hai deſſolatio. num. 7.

IENE res habet: **B**& vt video ita cē- ſes de *Dominō*, & *Saluatore omniū*, quod inter pacis inſignia recon- diderit arma ſua bellica, & qui nihil aliud quam benignitatem proferebat in fa- cie, gladiū haberet ſub pal- lio diſtriictum. in vltionem omnium hoſtium ſuorum. Noli autem, o vir diuinorū mysteriorū præſcrutator, ſupra modum admirari, q̄ diſimus, aut diuinæ ſapien- tiae notam vlliua fraudis in- urere, quaſi per aſtutiā cir- cumueniat, quos non po- ſit ſuperare fortitudine. Nec enim cū eo agi potest de dolo malo, qui arte arte deludit: nec fraudolētæ ne quitiæ accuſari debet, qui rē dolofē occupatā prudē- ti consilio eripere festinat de manibus aduersariorū. Nam & in bello ſaþe inſi- dijs obtinetur, quod aper- to Marte aſſequi non po- terat milites. Alioqui verò cum violento per potentia agitur: & vim vi repellere nemo prohibetur. Noua bella inquit mulier, elegit *Dñs*: quia ſaþe nouis arti- bus expugnauit vrbes, mœnia ſubuertit, fortes & eſſe ratos duces manibus inbe- cillū foeminarū pereunt, *Quis Judith prudentiā, fa- gacitatē, animoſitateq; cō- dēnet, quæ dormientē Ho- loferne propriomuccrone obtruncavit, cōterruit ho- ſtes, & fugavit exercitu nu- merosum, vt eſt arena ma- ris, quo fieret in ſalutē po- pulo ſuo? ſic ſegeffit Iahel in occiſione Sifaræ, vt no- ris noua eligi à Dño certa- minis genera ad debellatio- ne hoſtia ſuoru, nō danata eſt illic inſidiosa correptio virorū inſideliu, vbi nec de- fuit fortitudo ad exequēdū facinus magnū, & memora- bile, nec matura delibera- tio ad tollendā pestē illam*

L 5 de

Orig. bo. de media, probono multi-
tudinis. Pleiū; omnes Pa-
s. & 6 tres, qui literæ huius histo-
in lib. In ria interpretatur, in Sisara,
dic. Ru- & Holoferne, quasi effor-
per. ibi. c. 6. Amb. matū, deliniatū; q; docēt
lib. de vi esse diabolū: qui & violen-
duis. Hie tus occupator fuit hæreditatis alienæ, & astutia pessima genus humanū induxe-
tony. ad *Saluin.*

3 rat in rete suū. Nonne igitur potiori iure licuit Dominatori omnium artē serpentis, arte noui consilijs superare, ut regnū male partum, usurpatumque recuperaret sibi per propriam industriam? Ita nimirū egit cū hoste suo, ut & per summam sapientiam confutaret eius versutiam, & per potentiam cōprimeretur audacia illius: Nam & qui propria nitebatur fortitudine oppressus est maioribus nostri virtute: sed tamē dissimulata & recōdita sub fragili materia earū rerum quas in carne peregit, & pertulit. Etenim ut leges regni, quas Christus in mūdu inuexit, alię fuere à legi

bus sœculi: ita & præliandi modus longè alias esse debuit amore humani certaminis: homines cæteri ferreis, æreisq; armis instructi ad bella procedunt, arietibus, machinisq; alijs oppugnat, turres & arces munitas. At Christus absq; illarū rerū externo molimini, apparatūq; in multa pace, tranquillitateq; animi fui, in patientia, & humilitate peragit totum suum negotium inferni expugnādi, deprædandi, & afferendā liber tatis in populo suo. Sæpe ita & fecellit & deuicit malitia Sathanæ, siue iacens in præsæpi sub pannis vilioribus, siue fugiēs persecutoris rabiē, siue in adulta & virili estate laborib⁹ defatigatus, ie iunijs afflictus, desudas in tormentis, ac demū ex halans sp̄ritū in crucis patibulo. De cæteris hominibus ita pronunciauit Salomon: *Melior est patiens vro fortis;* & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbis. Quia magna victoria posse

ta

ta est in sufferendis aduersis, & in tranquilla statione animorū superatur omnis incursum aduersariæ potestatis. At qui Redēptor mundi in patientia sua regnum sacerdorum est adeptus, ut non incongruē testinum Esaiae sic accipiendo censeamus, cūm imperium, seu principatus illius super humerum eius fore prædicatur: quia enim ille obedientiæ iugo collum subegit, & supposuit humeros perferendis tormentis, & cōtumelijs Crucis, super hac humiliatiōne obediētiāq; incubuisse, & innixus fuisse dicitur principatus illius. Iaq; in ipsius carne & cruce demonstratū est cæteris, insignius quodā facinus fortitudinis in sustinēdo reponiā in ag

S. Tho. grediendo, præcipiūq; genitū triaphilatere in solerā 123. art. dis injurijs. Nō igitur desiderari i viderentur gloriā triū phatis gradientisq; in multitudine fortitudinis suæ, his armis, de quibus loquimur, pugnasse, viciisse que-

inferno, & cū morte, sed in firmitatis ostentatio magnum argumentum est sapientis dispensatio in interna fortitudine occulta. Alioqui & qui propriā sub carnis imbecillitate ex labat virtutē ductus quasi ouis, seu agnus ad victimā, inuisibili quoddā moliebatur, & instruebat cerramen aduersus principes, & potestates aëris huius, ut cognominat illos Apostol⁹ aduersus mundum, aduersus iura mortis & peccati. Et qui tamis apparebat in passione, quasi furorē ingentē recordebat in pectori ad vindictā iniuriorū suorū. Nā & talē nobis in mortis certamine describit Esaias locū de Resurrectione, & Ascensione Redēptoris, iuxta piā & fidelem interpretationē Patrum. Etenim cū c. cœles. Hierarc. Ambro. Ephes 3. Hiero. li. in Esi. Rupli. 2 se

se perhibet prælator egredi, & vbi nihil aliud conspiciebatur eximium, quam mansuetudo patientis, ibi supra modum fuisse ostendit mirabilem zelum, ardorem animi, brachij fortitudinem ad conterendos aduersarios suos. *Ego* (ait) *qui loquor iustitiam, & propugnatorum ad saluandum. Quasi dux autem est prælio reuersus, est magna cæde hostium suorum, est quorum sanguine aspersum se fuisse gloriatur, ita sibi accidisse narrat in certamine illo cruento innito cum ipsius inimicis: Torcular (inquit) calcaui solus, & de gentibus non est vir tecum, calcaui eos in furore meo, & concultaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinauit: Anne in tanta patientis mansuetudine locum habere potuit ira, furor, indignatio: & vbi agnus apparuit sine voce, leonis ferocia & fortitu-*

do tam potenter se exeruit? ita plane res gesta est, ut & agni mores referret in facie, & Leonis ferocitatem ac vires demonstraret in opere lenitatem præferat in Redemptionem electorū, & in aduersarios operis illius duritiam, austерitatem que deum ostendit, quo circa & illa duo pariter coniuncta illuc deprehendes, cum dicitur: Dies enim vocationis in corde meo annus retributionis, seu Redemptio- nis meæ venit. Sane eodem actu perficiendæ salutis in hominib⁹ & vindictæ in hostes humani generis & benignitatæ in suos exercuit Saluator sæculi, ut illorū dicatur vltor, & horū Redemptor, quomodo enim posset redimēdorū captiuitas auferri oppressorū liberatio ad suū finē perduci, ut & servi donarentur libertate, & respirarēt captiuū, nisi tyranis potētior ad esse Rex & in occupatores alieni iuris effugeretur, ex qua sibi ampliores resūres conatusque

6

uires

tusq; conciperet animus & instrumen⁹ se prodit: utrōque fortitudo illius. Et Ialua- nit (inquit) misericordium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est miseri. Quod si fecus lege- teret Redemptor, iam profecto, ipso metuerte, fortis armatus in pace custodiret & atrium regni sui, & cætra quæ possidebat, nimirū nisi fortior insurgens per maiorem potentiam devicerit ipsum, & diripuerit spolia illius. Insurrexit autem quasi prælator fortis, & in arenam descendens cum hostibus suis, iure belli subegit eos sibi, spolians ipsos præda quam ceperat;

Luc. 11.

vt & virumque tibi resplēdeat ex æquo in negotio illo humanæ salutis peragendo, siue quod est mansuetudinis, benignitatis & pacis, siue quod seueritatis est & potentis ad præliandum virtutis: non minor est igitur Dei fortitudo, vbi prudenter armis se contingit, ut insidijs suos capiatur inimicus, quam vbi sub bellicis instruimētis se prodit: utrōque Deus agnoscitur excelsior omni potestate & virtute, bella noua eligit Dominus non ex ore, sed ex abundantia potest. Ut enim artifex omnipotens, in paucis & in multis militibus armatas hostium phalanges superare nouit, & idem nunc sine bello strepit, nunc ex insidijs & simulata fuga, hostium multitudinē perimit, deuastat vibes & solo æquatas relinquit in tunnolum sempiternum. Hoc ipsum in uno Iosue licebit ostendere: qui vel sola nominis proprietate Christum expressit, & egregijs factis omnibus gloria eiusdem triumphantis effinxii: corrunt muri Hierichio non quasi ad clamorem horritonum canentium classicum & cohoretium ad prælium, sed quasi Ieni modulatione tubarum in uitaniū ad subilium & exultationem concussi. Et tamen cum vociferatione multi-

Iosue 6.

Iosue 8.

multitudinis virtus bellatorum se profert ad excidiū gentis infidelis, in oppugnatione civitatis Habsimulatur fuga, infidie paratur: & inter argumenta infirmi

taris ostēs, plena sunt omnia diuinæ virtutis, sit denique ut quæ pacis, & tranquillitatis imaginem præferant, omni bello sint horribiliora.

CAPITVLVM VI.

Pax oblati sacrificij omni bello potentior. num. 1.

Melchisedech Rex iustitiae & pacis. ibi.

Pacis fundamentum iustitia. num. 2.

Pax & gratia per iustitiam inita num. 3.

Crux instrumentum diuinæ iustitiae. ibid.

Redemptio & misericordia & iustitiae rationem obtinet. num. 4.

Christi facinora absq; belli strepitu patrata. nu. 5.

AGE vero: & tandem spero immoremur in huius rei tam necessaria elucidatione. Profecto in hac diuina recōciliationis victima miram quandam supernæ virtutis operationem contemplari licet, vt pax hæc omnium præliorum superet violentiam, & in magna tranquillitate nostri Ponti

fici, suam hostiam offerentis, insignia trophyæ de hostibus reportentur, eripiantur sua hostibus præda, & regnum male partum eis auferatur. Nec id sane mirum, quia idem ipse qui princeps est pacis, idem prorsus rex esse perhibetur iustitiae, ut sic per omnia congruat umbra corpori & figura veritati, nam & Melchi sedech,

sedech, qui typum, vt diximus, gerebat sacerdotis nostri, sic appellatus est quod principatu obtineret iustitiae, si nō in se ipso, aut pro se ipso plene, certe in Christo, & pro Christo, cuius expressebat figurā. Iam igitur sic nouū in terris suscipimus Sacerdotē, vt quod locis alijs efficiēdū legimus ita modum certaminis, ipse alioqui in multa pace perficiat, semel ipsum in Cruce offerens quasi foederis, ac propitiationis hostiam. Et enim Rex iudicium, & iustitiam executurus inter homines, sic pacem astrue re putandas est, vt recondita sua virtute mirabilia efficiat in cœlo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Deo restituturus servum regnum, principibus inferni hoc ipsum erexitur, operata libertatem collatum, ut hominibus excusso duræ servitutis & captivitatis iugo. Sic profecto afferenda fuit iustitia, dum suas quibusq; pro meritis vices re

pedit orbis reparator: quid ergo? plane in pace stabilitur imperium Principis nostri, sed nō absq; vigore iustitiae ut fiat q; in Psalmo legim⁹: *Misericordia & ve ritas obuiauerunt fibritus tia & pax osculata sunt.* Pax est in qua Sacerdos sumus secundū ordinē Melchisedech, suā exhibit Patri diuinā hostiā: sed ramē ea pax est omni bello poterior ad debellandas aereas potestates, ad regnum Deo Patri rediendū, ad idolatriæ impietatem extermi nandam, ad unius Ecclesiæ fidem, religionemque stabiliendā. Quid enim dicam⁹? sane coniunctus est pacis imperium regnq; iustitiae: nec aliter iniiri potuerop; aut certe debuerunt pacis foedera, quā in fundamento habilitate iustitiae, nam & pacis fulcimentum, ipsa iustitia est: nec pax eadē firma, constansq; in nobis es se poterit nisi per iustitiam suffulta. Idcirco Sacerdos noster ad eum confertur, qui

Aug. Ps. 84. & li. 2 de Ci uit. Dei cap. 21.

qui & Princeps iustitiae & Rex pacis appellatus est. Hæc i. sa quæ breviori stylo digesta fecimus, euidentius ostendit diuinus Apostolus ad Ephesios scribentes: vbi seriem explicaturus astruendæ gratiæ, amicitiæ, concordiæque ab uno Redemptore mortaliuum, in sua principia id ipsum resoluunt, cù: ait. *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, et medium parietem mactare, solitens inimicitiæ in carne sua.* Nec enim simpli ci & gratuita solum donatione id effecisse dicitur, ut dissoluerentur inimicitiæ, constabiliareturque pax re conciliatib; cum Deo. sed in carnis sua inquit, & per carnis passionem, ut & æqualè pro debitis ac super abundans premium reddetur, & ubi summa elucehat misericordia Patris, ibi iustitiae vigor non minores patres vendicaret sibi ex plena satisfactione vñigeniti Verbi: quod & amplius dilucidum effecit continua oratione, ita dicens. *Ut reconciliaretur ambo in uno corpore Deo per Crucem interficiens inimicitiæ insemet ipso.* Crux namque & huius, præcipuum fuit instrumentum diuinæ iustitiae: in qua depositum est tribunal iudicij peragendi de hominibus, de mundo & tenebrarum principibus, nā & in Cruce illa potissimum locum habet imprecatio benedictionis, de qua in libro Sapientiæ ita legimus: *Be-Sapientia neditum est enim lignum 14. per quod fit iustitia.* Qua voce non tam respexisse videtur, vir Sapiens auctoritate & lignum, quo salua facta est, velut in aquis multis familia iustorum sub diebus Noe, quā ad id quod iniusti & peccatores gratiæ sunt redditii per iustitiam eius, qui dependit in ligno, summa quidem gratiæ insignisq; benignitatis operatio fuit, quod eripere nubilam culpam per mortem filij Dei, si quæ ad nos attinent spectare vñlimus non enim

enim ex operibus iustitiae prium opus sempiternæ iustitiae apparentis in carne, quid aliud esse debuit quā abundantia pacis? Pax est velut inundantis fluminis, quasi maris operientis, pax de qua olim ab eodem Esaia pronunciatum audi- *Esa. 32.*
uimus. *Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, et in Tabernaculo fiducie, et in requite opulenta.* En tibi compositum iustitiae solium cum pacis principatu, ut ex utroque dilatationem, & solidum perpetuumque stabilimentū ille accipiat, eodē Esaia *Esa. 9.* teste. *Multiplicabitur, ait, eius imperium: et pacis non erit finis.* En quoque illud quod ad connectionem, & compagine totius Psalmi attinet, ut nihil mirabile videatur, quod inter præcipuos Saluatoris triumphos, nunc demum Princeps noster sub nouo Sacerdotio, nobis obiciatur secundum ordinem Melchisedech. Nec enim abs re in mente mentem ve- *M* nit

nix vati, eximio, ut in decur-
su carminis huius, vicitri-
palmæ triumphantis Re-
demptoris adiiceret autho-
ritatem Pontificiaæ dignita-
tis, & Sacerdotalis functio-
nis. Quid enim ab re dica-
mus quod non proprij ca-
pitis inuentum fuit, sed di-
uina prouersus, & inspiratio-
ne & revelatione acceptum?
Nam vt fieret nobis patēs
quod egregia illa facinora
de quibus nuper facta est
mentio, non belli strepitu
patranda essent, sed quasi
in silentio, & virtute dissi-
mulata vnius hostiæ admi-
rabilis, ideo Melchisedech
in medium profertur, qui
Rex Salē fuit, sive Rex pa-
cis, secundum etymologiam
nominis. Qui autem ve-
re princeps pacis futurus
erat, ipse simul est rex iusti-
tia: qui iustam mercedis re-

tributionē redditurus erat
aduersarijs, vt alios etia re-
pugnantes collocet in sca-
bellum pedum suorū, alios
vltroneos suavi domina-
tioni subiiciat, aliorum con-
quasset capita, aliorum de-
nique ruinas impletat, vt
valles attollat. Hæc sane in
superabilem potētiā du-
ctis nostri significant, vt suū
locum habeat iustitia, vbi
& pacis foedera constabi-
lita sunt in sanguine Redē-
ptoris. Sic enim nimurum
nec Sacerdotialis functio,
virtutem eneruata regia po-
testatis: nec deest celsitudi-
ni Pontificiaæ plena effica-
cia, qua sibi adipiscatur
princeps noster trium
phos siros vbiq; gen-
tium, & vbiq
Iocorum.
(?)

CA

C A P I T U L U M VII.

Sacerdotij & Incarnationis in unum conuentio.
num. 1.

Christus Sacerdos secundum quod homo. num. 2.

Benedictionum omnium origo ex Sacerdotio Chri-
sti. num. 3.

Sacerdotij plenitudo significata in benedictione ge-
tium. ibid.

Potestas excellentia cum plenitudine Sacerdotij.
num. 4.

Christus simul Sacerdos & hostia. num. 5.

Sacrificiorum varia genera in vet. le. num. 6.

Iuramentum Diuini robur & firmitudo. ibid.

Deus nemini debet ex iurata promissione. num. 7.

Iuramentum Dei ad homines effectus certitudinem
significat. num. 8.

Deus reddit debita nulli debens. num. 9.

I



T hæc inter-
rim repona-
mus, quæ ad
præludium vi
debantur spectare suscep-
tæ enarrationis, tractatio-
nisque ad rem nobis veniē

dum erit, vt paulisper diffe-
ramus de ratione, substan-
tia, excellentia, firmitudi-
ne, seu æternitate Sacerdo-
tij huius, ac demum forma
& ordine reddendi, con-
stituendique sacrificij, &
M 2 siquid

Gen. 22.

si quid est aliud his necesse connexum, quis auctorat nunc deum Christi Sacerdotium, & promissum mundo, & iure iurando confirmatum, cuius non statim mentem subeat memoria Incarnati Verbi, & antiquæ promissio-
nis ad Abrahæ factæ quodam sub eodem iuramento? Sic namque illic legimus omissis alijs, quæ ad rem non pertinent: *Per memet ipsum iurauit dicit, Dominus, in semini tuo benedicatur omnes gentes terra.*

2

Intrauit Dominus, & non

pœnitebat eum: Tu es Sacerdos in aeternum. Sane omnē Sacerdotē ex hominibus assumi, nouimus testimoniū Apostoli, ut hostias offerat, & sacrificia pro peccatis: nec res hæc in Deum possit cōpetere, nisi ex assunta humanitatis substātia. Promittiergo Saluatorem *August.*
mundo, qui potes esset ad 10. lib.
benedictionē conferendā 43. &
in omnibus gentibus, id ipsum est Sacerdotē destinari mūdo, de quo assertū audiūmus: Tu es Sacerdos in 15. Cini. ca.

promissiones, & semini eius, non dicit & semini bus quasi in multis, sed quasi in uno, & semini Galat. 3. ni tuo, qui est Christus. Seminis appellatione ipsam posteritatem, & prolem, filium Abrahæ intelligi voluit, qui sic locutus est: Quid vero actum putas verbo iurisiurandi? In semine tuo, ait, benedicentur omnes gentes. Bene habet, huc contendebat rati ponderis adiecta contestatio, nimirum ut gentium vniuersitas in semine illo benedictionem accipiat hæreditatis aeternæ. Et cui nam benedictionum omnium fons, gratiarum effusio, munera plena exuberantia nobis refundenda seruata erat, nisi ei cui dictum audiūmus: Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Sicut profecto ad Sacerdotalem benedictionem mēs nostra reduciatur, cum & illa Sacerdotum sit pro-

pria, & in Melchisedech. Iam olim prænotata, ubi enim Melchisedech quity pum gerebat Christi describitur benedixisse Abrahæ, etiam in ea re imaginē exp̄ressit nostri P̄otificis, ut ipsummet Abrahā à posteritate sua benedicendū suisse agnoscamus cū vniuersitate gētiū. Nā & quod indefinita dictione pronūciatū audimus benedicēdas esse gentes in semine Abrahæ, dum benedictionis nomen generatim positum est, nec coarctatur ad certū benedictionis genus, Sacerdotij plenitudinem in Christo futurā denotabat. Etenim ubi Sacerdotiū est in sua plenitudine, ibi fons ipse totius Sacerdotij est in vetus, ibi suprema benedictionis autoritas inueniatur necesse est, cui nihil deficit ad omniū bonorū cumulo hominibus cōferendū. Sane gratiæ plenitudo ceu capitis, potestas excellētia in cōdendis sacramentis, in præstāda eis virtute, in effectu

4

fectu sacramentorum, etiā absque sacramentis producendo, ad celsitudinem Pontificiaꝝ dignitatis in Christo pertinere censem, da est. Nam præter debitam Incarnato Verbo capitalis, huius excellentiaꝝ dignitatem, cedunt hæc in bonum Ecclesiæ, dum Sacerdos noster ex propriæ potestatis magnitudine implet sūtos munieribus gratiaꝝ, ut de plenitudine illius omnes accipiamus. Quid ep̄im dixerimus de Sacerdote nostro? Nonne lib. 4. de authoritas legis nouæ fe-
Trin. ca. rendæ, abrogandæ veteri.
14. & ris, abolendi Sacerdotium iratt. 5. pristinum. cum cæremo-
nijs suis substituendinovū, exterminandi egena, & infirma elemosia, insti-
tuendi sacramenta noua plena virtutis, proprium munus est Sacerdotis magni, quem hoc loco dona-
tum nobis etiam cum iura-
mento audiuiimus? An ve-
ro, hæc ipsa non tibi reso-
nant benedictionū omniū

copiosam ybertatem? Lax naque Sacerdotiū sacrificium, sacramenta ipsa ple- na sunt omnigenaꝝ virtutis ad benedictionem gentiū. Iam etiam si ad materiam Sacerdotij huius conuertimus oculos, si sacrificij magnitudinem pensamus, non vnius aut alterius generis benedictionem inde promanare deprehendimus, sed omnis benedictionis pelagus ab illo in nos refundi animaduertimus. Nā idē ipse, qui Sacerdos est, hostia esse debuit, vt nihil minus inesset virtutis ipsi victimæ, quā Potifício offerēti, & utrinq; védicaret sibi efficacia ineluctabilē ipsa oblatio, nimis tā ex offe- reis dignitate, quā ex pre-
tio, seu merito rei oblatæ. Vtrūq; alteri debuit respo- dere: nec minus esse opor- tuit, quod in sacrificiū exhi- betur quā sit ipse qui exhibet sacrificiū Profectovbi Trini. c:
Sacerdotiū est in proprio 14. fonte, vbi supremū gradū atrigit suæ celsitudinis, no- de.

Augus.
lib. 10. de
Cini. ca.
20. &
lib. 4. de
Trini. c:

6

debuit hæc illi deesse perfe-
ctio, quæ oritur ex rei obla-
tæ magnitudine: nec de-
cuit inferiorē esse oblatio-
nis, seu sacrificij efficacia,
quā sit ipsa offerēti natura.
Quinimo tārus debuit esse
Sacerdos, quāta est victimā
ipsius, vt vndiq; immensa
perpēderetur virtus oblati
sacrificij. Deniq; vt hæc per
currans postmodū expli-
canda vberius, vide omniū
benedictionū fontē in Sa-
cerdotio & sacrificio Re-
dēptoris: cui nihil deest in
effectu virtutis ad plenam
sanctimoniam præstandā:
oblatio etenim summi no-
strī Sacerdotis ad peccato-
rū remissionē, expiationē
q; perfecta valere cognos-
citur, ad stabilitatem gra-
tiaꝝ, per quā salus constat
& pacis foedera cum Deo
feriuntur, ac demum ad cō-
summationem gloriæ: vt
illic reperias quod in varijs
generibus antiquorum sa-
crificiorum fuerat adum-
bratum. Ibi naque victimā
erat pro peccato & hostia
pacifica, holocaustumque
quod totū esset incensum
igne, vt perfecta illuc beatitu-
tudo sanctorum significa-
ta conspiciatur: hæc omnia
Sacerdotio Christi accep-
ta ferimus, vt nihil deside-
re tur in benedictione gen-
tium, quod ad illam ex cni
ni parte pertinere creda-
tur: nonne apertā vides &
patentem in imagine in Sacer-
dotij Christi in promissio-
ne facta Abrahæ de benedi-
ctione gentiū? Intēde autē
& ad promissionis formā,
quæ non absq; iuramento
facta est, iurasse autem &
per se met ipsū perhibetur
Dñs, sane quia nemine ha-
buit superiorē se, vt anno
tauit Apostolus. Homi-
nes enim (ait) per ma-
rem sui turant. Vbi præ-
ter verbum pollicetis qua-
si nouum quoddam firmi-
tudinis robur videtur adie-
ctū ex ipso diuinitatis sub-
inducto testimonio. Qui
enim per se met ipsū iurat,
incommutabile esse docet
quod tanta robatur au-

7

Heb. 6.

thoritate. Iurauit autem & sibi, quasi nemini præter se ipsum suā fidem astringēs, nemini se agnoscens debiri, iurem implendi iuramenti, præcep̄ verbi promissiōnē iuris iurandi, fidem in eluctabilem, quam cassam, aut irritam fieri est impossibile, ut testatur ipse met Apostolus: *In quo (ait) abundantius volens Deus ostendere pollicitationis habedibus immobilitatem consilijs sui, interposuit iuramentum, ut per duas res immobiles, ne p̄ ipsam promissionem, & interpositiōnem iuramenti, quibus impossibile est Deum mentiri, fortissimum solitum habeamus!* Vis autem noſſe quomodo ex ipso contextu satis colligatur Deū sibi & nō alijurasse? profeſto nec expeditum ab ipso Abraham, nec sponte oblatū ei à Dōmino iuramentū audis: sed ipse Dñs se quasi ī apud se iurasse insinuat, ut nemo eum sibi quasi iuramento alligatum existimet,

qui nulli creaturæ debitorē se agnoscit. Quod si uerdis alibi iurasse Dominum ad Abrahan patrem nostrum, aut etiam iurasse Dñuid veritatem, id non ad iuramenti vinculum referri debet, quo se Dōminus atrinxerit hominibus, sed ad effectum promissionis, & impletionē rei promissae pertinere putandū est. Nā & eo respexit Zacharias, cū continuo subintulit: *Daturum se nobis: nimirum ut intelligamus nō fidem suā, aut iuramenti vim alligatā fuisse Abrahæ, sed quod iuramento cōfirmabatur, id Abrahæ conferendum esse, & præstandum opere.* Nullisāne hominū Deus se ipsum obligat, velex habita pollicitatione, vel etiam cōtestatione iuramenti; sed sibi tantū & verbo suo se ipsum debitorē agnoscit, si tamen eiusdem ad se ipsum debitorū esse potest. Nam & idē diuinus Apostolus duo illa beneficia inter se cōferrens, quæ ad salutem genitum

8
Luc. 11.
Psa. 131.

9

Augu. in
Psal. 32.
S. Tho. 1
p. q. 21.
ar. 1. ad 3
& 1. 2. q. 114.
ar. 1. ad 3

tium spectant, & susceptio nem Iudæorum, non ausus est verbum proferre blasphemiar, vt Deum Iudæis debitorem faceret, etiam intercedente promissione. Quidigitur ille dicat audiimus: *Dico enim (ait) Christum Iesum ministru fuisse circumcisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones Patrum.* Quid est propter veritatē Dei? non planè adest ibi rigor iustitiae, quo debitor sit Deushominibus, sed solam veritatem, fidelitatemque Dei promittentis in mediū adducit, ut nulli debeat, nisi forte sibi, & ordini suo, aut si maius cum exacta proprietate loquamur, nec sibi debeat, nec ordinatio nisi suæ, ut expertem omnis & obligationis faciamus eū, qui prorsus à nullo dependet. quin potius alioquid debitum ipsi Deo, & verbo, seu decreto ipsius, ipse spontanee reddit nullo vinculo obligationis coercitus, ut sublimiorem quendam

philosophandi modum sequimur, dum facimus debitum alicui, quod nullus debeat, ac proinde ipse Deus in hac parte debitū exhibeat nullidebēs. Hæ autem ob id animaduertimus, vt dum Deum ipsum sibi iurasse agnoscimus, in iorem quandam & promissionis, & iuratiohis certitudine in insinuari perpendamus. Qui enim sibi iurat, quasise ipsum sibi debitorē facere videtur, ut non a veritate deficiat, quis uā veritatem in testem assertionis profert. Facilius est enim defraudari homines promissis, & spe conceptis, quam Deum frustrari se ipsum verbi fide, & iuris iurandi certitudine. Nam & cum homines instabiles, variabilesque sint, ex ipsa eorum mutatione interdum ratio subesse poterit mutandi sententiam in executione illius. Deus autem, quidem promissionis aut iuramenti interponit, incommutabilis est in se ip-

M 5 fo

fo: ac proinde cum sibi ipsi iurat, nulla suspicio enasci poterit, non est unde oratur scrupulus, seu formido aliqua de impletione promissi consilium illius

omnino impermutabile est, & decretum semper inconcussum permanet, quo sibi et aliquid faciendum pollicetur, aut iurat.

CAPITVLVM VIII.

Excellentia summi Sacerdotis secundum ordinem Melchisedech. num. 1.

Sacerdotis nostri excellentia ex quatuor circumstantijs pensata. n. 2.

Institutio sacerdotij Christi à Domino facta. n. 3.

Sacerdotij & sacrificij religio secundum naturam hominis est. num. 4. In lege naturæ designatio sacerdotum fuit facta ab hominibus. ibid.

Legalis Sacerdos à Moysè institutus, & consecratus. num. 5.

Legis imperfectio significata in Sacerdotio. n. 6.

Sacerdotij Xpi celsitudo ex diuina institutione. ibi.

Tria de sacerdotio Christi ab Apostolo insinuata. n. 7

Excellentia Christi in assumpta natura fuit debita Verbo. n. 8.

Sacerdotij autor, qui & principium est Christi. ibid.

 X his iam nobis preluminaria es- se videtur, ut de summi nostri P̄tificis ex-

cellentia sermonem exhortiamur, saltim in ea re, quæ ad ordinē sacerdotij pertinet. Nec enim liber immo-

rari

2
rari in explicanda celsitudine summi nostri Sacerdotis: quod argumentū locupletius pertractauit Apostolus, idq; nos ipsi alio in loco reddidimus explicatius. Ex eo namq; quod Regius noster Psaltes depinxit eum Sacerdotem secundū ordinē Melchisedech, longiori orationis filo edidit. Serit Apostolus de maiestate incomprehensibili supremi huius nostri Pontificis. Ea nos libenter omittimus, quæ lōgius, & feriatim persequitur divinus Paulus in huius rei narratione, scribens in hunc modum. Primum quidem, qui interpretatur Rex iustitiae, deinde Rex Salem, quod est Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque institutione dieram, neque finem vitæ habens: assimilatus autem Filio Des, manet Sacerdos in aeternum. Planè paginas multas implere debemus in his euoluēdis, si ea sigillatim pertractāderent, quæ his & alijs yes-

bis digesta sunt. Verū non est initituti nostri, nisi vt in eis versemur Sacramentis, quæ ad munera Sacerdotalia in Christo magnitudinē spectant. Mirasane verborum periphrasi, & sententiārum energia dilucidum effecit Lyricus noster quāta sit huīus Sacerdotij excellētia, quod adscribimus Christo, siue ex ipsa institutione diuina, siue ex vi iurisurandi, siue ex eo quod formam, seu ritum Melchisedech tenuisse perhibetur Pontifex noster, cuius pristinus ille Sacerdos typum gessit, siue demū ex ea parte, qua Sacerdos in aeternū esse pronunciatur. Horum singula singularem sui explicationem exposunt, vt constet apertius quod eruere molimur de Dominico Sacerdotio: Iaurauit (inquit) Dominus, & non paenitebit eum: Diuini Verbi, & diuinæ institutionis profertur authoritas, vt non parui pendasimus quod à Domino sanctum

3

citum est & iuratione firmatum. Ipsa etenim iuris iurandi religio super institutione cedit aeterni Sacerdotij, de qua primum nobis dicendum erit. Et quidem Sacerdotalis ordo res quædam est non nouititia, non heri, aut nudius tertius in mundum inuenita, sed iam pridem mundo prodata, iamdiu immo cum ipso dierum initio toto orbem retenta. Et quemadmodum ritus offerendi sacrificij Domino secundum naturam est vi connaturalis lumenis ad hoc instigante ad iuuentus in hominibus, sed non absq; superni numinis instinctu: ita & Sacerdotij dignitas in omni Repub. in nationibus vniuersis fundamētum obtinuit ex ipsa humanæ rationis virtute nativa & divinæ inspiracionis multa efficacia. Sem-

August. per enim & in omni sta-
Epist. 49 tu rerum humanarum in-
q. 3. S. diguit populus adminiculo
Tob. 2. 2. alieno ut puras hostias per
q. 85 manum mediatoris ad hoc
art. 1.

ipsum delecti offerret Deo. Et sic plane munus Sacerdotale in genere diuinum, & naturalis iuris esse agnoscimus, licet Sacerdotum designatio alia & alia fuerit pro diuersa conditione temporum: nā determinatio Sacerdotij & delectio personarū ad id ministerij, in lege naturæ ex hominū pendebat arbitrio, vt quos vellet Res publica iij addicere rentur Sacerdotali functioni: plus verò aliquid in Aaronico, seu Leuitico Sacerdotio quod cu lege scripta subintravit, intueri licet, nam designatio ministrorum ad vnicā tribū ex 3, imperio Dñi coarctata est. Ut autem intelligeres multis partibus imperfectius hoc ipsum esse, quā noui Testamenti Sacerdotium, mortali & imbecilli homini demadatur institutio & vnciota summi Pontificis, quā inferiorū Sacerdotū Leuitarūq; altaris ministerio addicedorū, si qua cōsecratio, si qua sanctificatio illic

*Aug. 2.
lib. Re-
tratt. ca.
43. & S.
Tbo. 1. 2*

*q. 103.
art. 1. 44*

*Exo. 28.
& 29.*

lic aderat, totū id puro homini demandatum est, vt & ipse crearet Sacerdotes, & qualecumque, id erat sanctificationis genus, illis conferret administrandum in carnalibus sacramentis sacrificijsque Moysi totū hoc negotium commititur, vt Aaron & filios eius ad functionem Sacerdotalem asciscat, vt congruas proprio muneri vestes confici iubeat, vt manus illorū consecret, sanctificetque ipsos, quo digne possint aut Sacerdotio fungi, aut in certo ministerio deseruire, iuxta ipsius voluntatem, ipse nimirum Moyses qui Legislator est in populo, ipse ordinator est legalis ministerij, vt in hac Domini delegatione statim illud insinuatū fuisse perpendas, quod quemadmodum per Moysen data fuit lex, quę iustificare non posset: ita & constitutum Sacerdotium ab ipso, veram iustitiam secum afferre nō valebat. Ex quemadmodū

ibierat carnalis successio, secundum quam Filii Sacerdotum, succedebant parentibus, & posteritas Aaronis summum fibi Sacerdotium vendicabat: ita & sanctificatio & iustitia carnalis fuit, non potens secundum Apostolum ad perfectum adducere. Quid vero de Sacerdotio Christi nobis dicendum erit? Longe aliud est illud à ceteris, quod nec humana instituit autoritas, nec creare cuiuspiam naturæ constabiliuit consecratio: sed sermo iuris iurandi, quo dictum est ei, *Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.* Ipsum huc Sacerdotem magnum ipse Pater coelestis sanctificasse perhibetur, cōtempum misit in mundum: ipsum idem Pater Sacerdote consecravit, vbi dictum audimus, *Iuravit Dominus et non paenitabit eum: tu es Sacerdos in aeternum.* Non est humanum inuentum, quod gestum audimus in supremo

Heb. 7.

mo nostro Pontifice: sed Dei peculiaris constitutio hic adest, quā nullus homini labefactare queat. Imo vero res ita se habuit, ut quasi diuinæ virtutis opus suscipiamus Christi Sacerdotiu tanto eminentius veteri, quanto sublimior est diuina consecratio, quā ea quæ à creatura ortu habere cōspicitur. Lex (inquit Apostolus) homines consti-
tuit Sacerdotes infirmitatē habentes. Sermo autē iuris-
turandi, qui post legem est, Filiū in aeternum per-
ficiū. Lex nempe data per Moysen non potuit ad per-
fectionē iustitiae perducere homines: & lex eadē Sa-
cerdotes instituit viros alioqñi peccatores, pro-
pria qm̄e infirmitate cir-
cundatos, & quos illa non posset, ab hac ipsa fragilitate miseria liberare. Vnde siebat vt eisdem ipsius Sacerdotibus opus esset eodē teste Apostolo, primū pro se ipsis & proprijs criminib-
bus, deinde pro delictis po-

puli hostias offerre. At ser-
mo qui post legem est, Sa-
cerdotem instituit Dei Fi-
liū, in aeternum perfectū;
non est hic carnalis succe-
sio, nō ab homine in homi-
nē transfusio Pōtificiæ dig-
nitatis; sed sermo Patris Sa-
cerdotē nobis exhibet vn-
dequaquè perfectū. En tibi
miro modo cōprobata ab
Apostolo Sacerdotij huius
celitudinem ex ipsa insti-
tutione diuina. Et adhuc
in Verbis ex paulo subin-
ductis, tria potissimum lice-
bit expēdere, quæ Pontifi-
ciam Redemptoris dignita-
tē supra modū extollant,
& discerniculum p̄stet,
quo Sacerdotiū hoc nouū
ab antiquo illo possimus di-
stinguere, nam & pecula-
ris sermone Dōminisancī, ac stabiliti p̄hibetur; vbi
ad Filium dīci audimus: Tu
es Sacerdos in aeternum. At
vero antiquum illud, legis
edicta, & pr̄scriptiones
insequitur, vnde & hoc
alterum appendix est, ni-
mirum quod quemadmo-
dum

dum lex illa in se ipsa imbe-
cillis erat & inefficax ad sa-
lutem conferendā, ita & Sa-
cerdotiū virtutis indignū,
& Sacerdotes adhuc in
sua infirmitate p̄manentēs
instituerit: nam sermo iu-
risitrandi, sermo inquam,
diuinus, qui ad Christum
factus est, Filium efficit Sa-
cerdotem in aeternum, vt
& aeternam adducat nobis
salutem per sacrificium
suum; non obtinuit ab ho-
mīne, non sibi quasi sub-
reptum arrogatū Chri-
stus honorem Pōtificium:
sed quasi à Deo Patre col-
latum allecutus est, vt es-
set Sacerdos in aeternum.
Quid enī usurparet im-
meritus in humana sub-
stantia, quod alioqui tam
debitum erat ei ex diui-
nitatis natura? Etenim
qui cum in forma Dei es-
set, non rapinam arbitra-
tus est, si coequalem sibi
maiestatem vendicaret &
gloriam: idem sane in ho-
minis forma Pōtificiæ cel-
litudinis apicem merito si-
bi obtinuit, nam siue gratiæ
plenitudo, siue Sacerdotij
culmen licet alioqui gratui-
to impensa humanitatī,
aut supposito quatenus ho-
mo erat, ad personam ta-
men Verbi relata, debitū
rationē affequuntur prop-
ter hypostasis & natu-
ræ diuinæ dignitatem im-
mensam. Idcirco non
usurpatum fuisse dicimus
quod iure debitum ag-
noscamus, quod & Pa-
ter ei contulit in assumpta
natura, vt idem Apostolus
contestatur dicens: Chri-
stus non semetipsu in clari-
ficavit, vt Pontifex fie-
ret, sed qui locutus est ad
eum: Filius meus es tu, ego
hodie genui te, quemad-
modū & in alio loco dicit:
Tu es Sacerdos in aeternum
secundum ordinē Melch.
se dech: Quasi diceret diui-
nus Apostolus Sacerdotij
dignitatē non sic cōpetere
in Christum, ac si fuerit hu-
manū intētū & hominis in
stitione, sed quasi diuinus
collatum ab eo, a quo Filius
ipse

ipse habet totum quod est, consulto namque duo illa testimonia in vnum coniunxit sanctus Apostolus ex Psalmo secundo, & ex verbis prothematist nostri, ut insinuetur origo debiti honoris sacerdotalis Verbo incarnato, ex natura ipsius Verbi, in qua consubstantialis gignitur, secundū id quod dictū est ei, *Filius sedech.*

CAPITVLVM IX.

Sacerdotij excellentia ex persona Filij num. 1.

Sacerdotij plena perfectio in Christo. num. 1.

Sacerdotij excellentia iureiurando significata. n. 2.

Sacerdotij Christi plenus effectus. num. 3.

Sacerdotij & sacrificij Christi generalis efficacia. num. 4.

Ad Sacerdotium Christi pertinuit abolitio veterum & institutio nouorum sacramentorum. n. 5.

I ENIAMVS ad secundum ex tribus, quæ annotanda es-
se diximus in testimonio

Apostoli, vbi ait: *Sermo au- tem iuriurandi Filium in aeternum perfectum.* In eo namque, quod dicitur Sacerdotem institui Filium,

vt

vt Sacerdotium hoc nouū discriminetur à veteri; protinus obijcitur oculis Sacerdotij huius excellentia supra id, quod nuper vi- guerat sub priori Testamēto. Illic etenim vt iam mo- do animaduerterat Paulus, creabantur Sacerdo- tes ex hominibus, qui & in propria infirmitate erant assuincti, & à miseria peccati subleuari ne- quibant per hostiæ alicuius ab ipsis oblatæ virtu- tem. Quo etiam fiebat, vt quod eisdem Sacerdoti- bus præstare non potuit consecratio ipsa, seu san- ctificatio, per quam ad id muneris apti efficieban- tur, non id speraret popu- lus, eorum ministerio com- parandum. Iam verò vbi Dei Filius nobis donatur in Pontificem omnis per- fectio, & plenitudo Sacer- dotij fuisse in illo descri- bitur, vt qui totam in seipso complectitur Pontifi- ciæ dignitatis amplitudi- nem, vniuersalem sibi ef- faciam vendicet ad pec- catorum veniam, ad iu- stitiam conferendam, ad perficiendam salutem, & consummandam fœlicita- tem sempiternam, ad quā nobis aditum præbuit per sanguinem vnius semel oblati sacrificij. Id satis ex- plicatum audimus, cum di- ctum est fermone illo iu- risiurandi Sacerdotē fuis- se institutum, qui erat Dei Filius, eumque in æternū perfeclum. Etenim quem- admodum in assumpta na- tura dicimus. inesse Chri- sto gratiæ, gloriæque ple- nitudinem qualem habe- re debuit unigenitus Dei, iuxta verbum Ioannis. *Ioan. 1.* Gloriam quasi unigeniti a Patre plenum gratiæ, & veritatis. Ita plane Sacer- dotio illius, quod secun- dum eandem naturam for- titus est, nihil defuisse ple- nitudinis, aut perfectionis arbitramur. Et hoc est quod in Verbo Filij ag- noscimus insinuatum, vbi dictum est: *Filium in aeternum*

N num

num perfectum. Tertium deum quod ex ijsdem verbis colligimus, secundæ parti huius tractationis, seu confirmationis locum præstat, nimirum ut excellentiam diuini huius Sacerdotij ex vi appositi iuramenti comprobemus. Nec enim verbo simplici, sed sermone iurisiurandi pronunciatur Pontifex noster institutus Sacerdos in æternum. Iurationis sanctitas adiecta præterquam quod indissolubilem firmitudinem demonstrat superius huius Sacerdotij, primum quidem ad supremam illius excellentiam exprimentam posita fuisse videtur. Etenim quasi res sit quæ magnum in se habeat momentum non nudi verbis, aut constitutione, aut pollicitatione destinatur à

Argus. lib. 19. cōtra fact. 23. cap. 23. Patrem nouus hic Sacerdos in mundum & mansurus in æternum. Imo vero iurisiurandi firma, immobilia; assueratione instituitur Christus in æternum Pon-

tifex. Sanè iuramenti fides, authoritatemque plerumq; rebus grauissimis adiicitur à Domino. Sic certa promissio Abraham, Davidique facta robatur iuramento: & quemadmodum nuper ab Apostolo accepimus, sermo iurisiurandi filium instituit Sacerdote in æternum perfectum. Profecto grandis illa contestatio iuramenti attestatur perfectioni Sacerdotij, quam astreue moliebatur Diuinus Apostolus, & confirmare iurisiurandi sanctitudine. Plane quod nec tantum Verbi Diuini pôdere, verù etiā religionis iuratione sanctissima robatur est, nō vile, nō contûendū cœseri voluit, id īpse de quo ita pronuntiata mudiimus. *Iurauit Dominus,* non pœnitentibus tamen sacerdos in æternum. Magni haberi voluit Pater excelsus quod tanto molimine stabili re constituit. Neq; enim imbecillis quispiā homo, & criminū suorū miserijs circundatus

3

D. Tho.
3. p. 9.
22. ar. 2.
& 3. etq.
63. ar. 5.

datus donabatur Sacerdos mundo, qui victimis, & munieribus nō posset expiare peccata, quin potius virtute plenū instituebatur Sacerdotium in ipso Dei unigenito Filio: & cui Diuina gratia, bonorumque omnium affluentia suppeterer, non ad hunc, vel illū effectum coactata, & qui in seipso cōtineat exuberanter, quidquid ad Summi Sacerdotij omnimodam perfectiōnē attingere videatur. Quid quid olim sacrificij nomine, seu victimæ pacificæ, aut etiam Holocausti appellatione prænotatū fuit, id omne Filius Dei perfectus in æternum Sacerdos efficit in hominibus, veniam peccatis, & obtinens & cōdonans, pacem, gratiamque refundēs, plena felicitate sanctos in seipsum quodammodo transformās. Neque illud omnino mirandum est, quoniam sermo iurisiurandi filium efficit Sacerdote in æternum perfectū, ea nimirū perfectione quæ vñigenito Ver-

bo congruere videbatur. Et quidē toties repetita sacrificia satis efficax argumentū nobis exhibebant imperfectionis, & inefficacia illorū ad consummādū in hominibus negotiū proprie salutis. Quin & illud, nempe quod Sacerdos singulis annis ingrederebatur solus semel in sancta, prænunciabat eodē Apostola autore, nondū collatū esse Sacerdotem in æternū perfectū, qui per sanguinē suū aperiret viā ad introitū Sacerdotū, & Tabernaculorum cœlestium. Quod vero iteratis actionibus fiebat apud veteres, vt nunc pro his, nūc pro illis offerretur sacrificia, id vñica hostia Redemptoris effecit, ita plane, vt non vnius aut alterius populi, sed omnium gentium, omnium nationum, vniuersorum hominum, quod in ipso fuit, expiraret delicta. Hostia illa, quod ex ipsa erat, quod in offrente fuit omnibus iustitiam obtinuit, & gratiam, omnibus hominibus con-

4

summationem gloriæ con-
ferre prævaluit. Nō loco-
rum angustijs, non tēporū
interuallis premitur: non
personarū conditione, aut
numero costringitur vir-
tus Sacerdotij, & sacrificij
oblati à Redēptore morta-
liū. Ad omnes gētes, omne
x̄tate, omnia sācula vtrū-
que protēditur. Nō est im-
munis quisque ab huius Sa-
cerdotij virtute, nisi qui
obuiā gratiā spōte respuit
& refutat. Id acclamatio-
totius Orbis ab initio crea-
turæ, desideriū omniū sā-
culturū intendentiū ocu-
los in vnu Reparatore Sa-
cerdotē summū, & Redē-
ptorē mundi, id voces vni-
uersorū Prophetarū aper-
te significabant, quod de-
mum Petrus Apostolus in
Actis Apostolicis expres-
si in hæc verba. Non est
in aliquo alio salus. Nec
enim aliud nomine est sub cœ-
lo datum hominibus, in quo
oporteat nos salvo fieri. Sa-
ne ad omnē statū hominū,
ad omnia siue exalta, siue

futura sācula pertinet Ver-
bū Petri, & ab omnibus illis
accurritur ad hā vnā Redē-
ptoris hostiā, vt nemini pa-
teat ad salutē aditus nisi per
vnū mediatorē, & per vnū
Pōtificē Christū Iesum, ve-
re perfectū esse cōproba-
tur Christi Sacerdotiū ex
iurisiurādi sacramēto adhī-
bito, quia & ipsum per se di-
gnū est vt iuram ēto firme-
tur: cū eximiā habeat ex ip-
sa persona Verbi, & ineffa-
bile celstitudinē: cū ille se-
cūdū hominis naturam as-
sumptam sit tantus iustitia,
virtute, ac maiestate. Non
plane virtutis inops, nō in-
fimus aut impotēs ad sal-
uādū est, qui profertur nō
bis Sacerdos in x̄tēnum.
Et vt verbis vtar Apostoli.
Talis decebat vt nobis esset
Pōtifex, Sāctus, innocēs, im-
pollutus, segregatus à pecca-
toribus, & excelsior cœlis
factus. Qui nō habet neces-
sitatē quotidie quemadmo-
dū Sacerdotes pro suis deli-
cētis hostias offerre, deinde
pro populi. Hoc enim fecit
semel

5

Hebr. 7:2

semel se offerēdo. Deniq; per-
fectū cōprobatur esse
Sacerdotium ex potestate
ministeriali collata Sacer-
dotibus noui Testamenti.
Nā antiquo Sacerdotio, &
sacrificijs abolitis cū legis
edictis, ad ministros suz
Pōtificiæ potestatis desig-
nauit Sacerdotes, quibus
sua sacramēta coacredēt
cū efficacia plena ad expia-
tionē delictorū. Victimarū
veterū apparatū de medio
sustulit: egena, & infirma
esse declarans vniuersa illa
sacrificia, eaque omnia cō-
summās vnicā, & singulari-

Crucis hostia: quam etiam
Ecclesiaz suz perpetuo ri-
tu celebrādam reliquit, vt
antiquæ Redēptionis ope-
ratio x̄ternū in hominibus
effectū assequatur. Dignū
sane ob propriā excellētiā
vt iure iurādo cōfirmetur
Sacerdotiū Christi, quod
tāta virtute pollere depre-
hendit. Et hæc breuiori
sermonis periodo trāscur-
rimus, quæ ad perfectionē
Diuini illius Sacerdotij per-
tinebāt, vberiora interim
mysteria missa facientes,
quæ in prioride hac retra-
ctatu digesta sunt à nobis.

C A P I T U L U M X.

Iuramentum Domini certitudinem incommutabi-
lem designat. num. 1.

Potentia Deo attributa mutationem facti signifi-
cat. num. 2.

Quorsum pertineat Diuina iuratio. num. 3.

Dei scientia infallibilis. num. 4.

Dei voluntas incommutabilis. num. 5.

A C T E N V S
rationē attigimus
interponēdi iura-
menti ex perfectione ipsa-
rei; quæ illo confirmari de-
buit. Et hęc quidē ratio par-
ticularis est; vt nō in vniuer-
sum habeat locū, sed in qui-
busda tatu præcipuis affer-
tionibus, promissionibusve
quas ipse Dominus iureiu-
rando corroborat. Porrò
est alia generalis causa in-
terserēdi iuramēti, quā nō
vno, sed dupliči verbo ex-
pressit Psaltes noster in
hac ipsa clausula, vbi nō tā-
tū iurasse perhibetur Do-
minus, sed & nūquam fore
vt ipsum pœnitentia cōtinua
oratione assertū est. Quod
enim iuramēti appositi-
one insinuatū est ad Diuini
& consiliij, & decreti cer-
titudinē immobile spētās,
id explicatiū ostenditur
subsequenti dictiōne, vbi
pœnitudo iurationis exclu-
ditur. Etenim quod sancti-
tat iuris iurandi attributi
Deo veritatē infallibilem
figūficer Diuini Verbi, &

euētus inconcussam certi-
tudinem, nō obscure illud
edocemur ab Apostolo in
ea ipsa Epistola, quā s̄epius
allegauimus; volēsenim co-
pulare in vnū pollicitatio-
nem quæ facta est Abrahæ
sub iureiurādo, cū assēvera-
tione Sacerdotij Christi,
quod æternū fore prædica-
tur, sic ait Apostolus: In Hebr. 6;
*quo abūdantius volēs Deus
ostendere pollicitationis bē-
redibas, immobilitatē confi-
lijs sui, interposuit iuramen-
tū.* Entibi quo pertineat,
vel iurata Sacerdotij affer-
tio, cōstitutioque, vel æter-
nitatis eius promissio robo-
rata iuramēto. Immobile
proſus esse declarat Diui-
ni cōſiliij ſenectia, quā nūl-
la ratione defēctum sit
quæd illo sacramēto firma-
tur. In eo vero quod aſſer-
tur nūqua fore vt pœnitentia
Dominū, vel promissionis
vel iuramenti, hoc ipsum
apertius exprimitur, nimi-
tū nō esse immutadū Sace-
dotiū Diuino Verbo insti-
tutū, nec debere iſtituſieri.

*Auguſ.
lib. 4. ſu-
per Exo.
q. 124.
Goratio
neaduer.
Iudeos
cap. 9.*

2

3

aut

aut omnino aboleri, q̄tāto
pōdere authoritatis cōsta-
bilitum subsistit. Vbi enim
Deus noster quod fecit im-
mutat, & repū vicissitudini
b̄ effec̄tis in tq̄to orbe qua-
perpetuo duratura eſſe vo-
luerūt. Sic orbē terræ aquis
diluīj obruturus Dñs, pœ
nitere se affirmat quod ho-
minē fecisset super terrā,
cuius plane vastitatem mo-
liebatur & interitū. Sic Sau-
li ablatus regnum, & in
alterum eo meliore transla-
turus; Pœnitet me (inquit)
quod cōſtituerim Saul Re-
gem: Non igitur pœnitit
bit eum, quia firma erit fan-
ctio, pollicitatio certa, in-
eluctabilisque, vt quem
Deus vnxit, deditque Pon-
tificem ac summum Sacer-
dotem noui Testamenti,
perpetuum conseruet in
cœlis, terrisque suam Pon-
tificiam potestatem. Il-
lud autem continuo ſeſſet
hoc loco exami-
nandum, quidnam opus
ſit iuramento confirmari,
quod Deus conſtabilit, aut conſtituit fa-

N 4 cien-

Tert. l. 9.
2. aduer.
Mart.
Aug. cō.
aduer. le.
& Pro-
ph. ca. 20
& in Ps.
109.
Gen. 6.

1. Reg.
15.

ciendum: aut quid sit quod
sator verborum ambagibus
explicata fuerit certitudo
promissionis relate ad
æternitatem, siue assertæ,
constitutæque Pontificiæ
dignitatis in Christo, ut di-
cunt audiamus: *Turauit
Dominus, & non pœnit-
bit eum: tu es Sacerdos in
æternum.* Numquid non
diuina præscientia certa,
& irrefragabilis esse ag-
noscitur, ut falli nequeat:
Deus in notitia euentus
futuri? Quid est quod Deu-
lateat, sine quo factum
est nihil? ipse plane in-
tuetur omnia, & omnia
videt oculus illius, quem
admodum in libro Eccle-
siastici legimus: *Oculi (ait)
Domini multo plus luci-
diores sunt super solem; cir-
cunspicientes omnes vias
hominum, & profundum
abyssi; & hominum corda
intuentes in absconditas par-
tes. Domino enim ante-
quam crearentur omnia
sunt agnita: sic & post
perfectum respectu omnia.*

Et alibi hoc ipsum de sa-
piencia æterna pronuntia-
tum audimus: *Signa (in-
quit) & monstraficit ante-
quam fiant, & euentus
temporum, & seculorum.*

Deum totum, esse oculum
perhibuit humana philo-
sophia, quod omnia cir-
cunspiciat, præterita, præ-
sentia, futura, sua perspi-
citate complectes. Non
ergo præter Deicognisci-
tiam aliquid euenire po-
test ut factum muret, quæ-
admodum consuevere ho-
mines, vbi aliquid depre-
hendunt fieri aduersus eo-
rum antiquum decretum.
Ideo namq; illi proprium
opus rescindunt: quia in-
cautis, & imprudentibus
euenit, quod si præscis-
sent, aliter se habuissent in
facto. Deus tamen, qui
nouit omnia prius quam
fiant, non habet ex hac
parte unde quod constru-
xerat destruat, & propriæ
manus opificium dissoluat.
Iam verò si ad voluntatis
decretum respiciamus, quis

audeat immutationes com-
minisci antiqui propositi,
vt id quod Deus ab æter-
no constituit, decrevitque
fieri, postea id ipsum hu-
mano more demoliat, &
destruat? Sane qui se-
cundum propriam substâ-
tiā incommutabilis est,
iuxta verbum Malachij:
Ego Deus, & non mutor.
Idem ipse mutare nequit,
propriæ voluntatis arbi-
trium, vt quod semel sta-
tuit faciendum, omnino
præscindat, vt enim om-
nem siue diuinæ substâ-
tiæ, siue intellectus, & vo-
luntatis permutatione ex-
cluderet Iacobus Aposto-
lus, ita de illo eloquitur di-
cens: *Apud quem non est
transmutatio, nec vicisitu-
dinis obumbratio.* Quod si
diuini consilij, & volunta-
tis præfinitio cassa esse no-
poteat, aut irrita fieri, quer-
sum attinet iuramenti, ap-
positio, ac præter eapœ-
nitentia futuræ denega-
tio? Iam enim labefacta-
ri videatur fides verbi &
promissionis diuinæ, vbi
nouo quodam testimonio
certitudinis indigere illa in-
sinuantur, quæ aliter firma
esse nequeant quam iure-
jurando roborata. Aut ve-
rò si sola verbi, ac decreti
authoritas fidem facit ve-
ritatis ineluctabilem, su-
perflua erit noua contesta-
tio, quæ nihil adjicit priori
assertioni, promissioni-
ve: Digna res plane quam
expediamus paucis opitu-
lante Dei gratia huic ip-
si, proprij honoris, &
gloriæ astruendæ,
pix solitu-
dini.



CAPITVLVM XI.

Promissionum & suppliciorum mutatio ex hominum mutatione. num. 1.

Supplicium praedictum auertitur propter paenitentiam. ibid.

Deus sententiam mutat, non confilia. n. 2.

Prophetia combinationis non necessarie impletur consonat. num. 3.

Iuramentum Dei omnem suspicionem incertitudinis tollit. num. 4.

Prophetia prædestinationis, & præscientiae. ibid.

IELEBRE illud habemus in diuinis Scripturis, quæ sibi Dominus promissio-nes præscindat, vel omnino præpediat antequam illæ impleatur, aut supplicium auertat, quod fuerat comminatus ob commutata hominum merita in bonum, vel malum. Sæpe namque promissio posteritatis, aut regni habitudinem, dispositionemque respicit eius cui fit, quemadmodum & Hiero. in poena infligenda ad per-seueratem animum in peccato refertur, ita ut obstinatione sublata, ipsa quo-que poena tollatur: & prioris quidem asserti tot suppetunt exempla, ut malo nostro discamus frequenter ita se habere, quod saepius cassæ maneant diuinæ promissiones, quibus aut in hoc sæculo gratiam, pacem, & alia spiritualia bona,

Dan. 4:

2

bona, vel etiam temporalia, aut in futuro æternam nobis fœlicitatem dominus pollicetur. Iam vero quod animaduersio, & vindicta delictorum non-nunquam arceatur ob perfectam ab homine poenitentiam, abundat huius rei exemplis sacra ipsa Pagina. Mirum id vero quod cum Daniel quasi firmati divini consilij iudicium terribile protulisset in medium super vitione crederet superbiæ inquam eruperat mens Nabuchodonosor Regis, nihilominus repente nouu quod domum remedium sit commentos, dum italoquitur. Quamobrem Rex consilium meum placeat tibi. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitate tuas misericordijs pauperum. Foritan, inquit, ignorat Deus delictis tuis. Nihil autem in hac parte mirandum: quia benignus est Dominus, & præstabilis super malitia, quod ex ipso est, potius indulgere paratus, quam ad vincendum propensus. Quod enim punit, deuastat, & perdit, ex nobis ortum habere dignoscitur: quod vero condonat delicta, & miseretur peccatoribus, quasi proprium opus vindicat sibi. Noli desperare, o vir peccator quasi devoluta in te mortis sententia irreuocabilis sit. Nouit Dominus sententiam reuocare si tu velis emendare delictum: *Quis seit* (inquit Ioel) *si conuertatur, & ignorat Deus, & relinquat post se benedictionem?* Vbi ergo incommutabilis prouidentia: vbi consilij æterni stabilitas, & immobilitas certitudo? Audi non meum, sed Patrum sensum in hac parte. Immutat quidem diuina sapientia, & bonitas sempererna frequentius sententiam suam, licet consilium illius in æternum permaneat, in cœcum prorsus, & omnino inuariabile. Quomodo autem

Amb. autē commutatio senten-
Luc. 1. tiae stare possit cum incō-
ca. ad fi- mutabilitate Dei & diui-
nē. Hier. ni consiliū, nō est res admo-
in Dani. dū explicatu difficultis. Et
4. Greg. enim sententia executio-
lib. 16. mor. cap.
6. cui obex opponitur, ex-
tra Deum ipsum est: consi-
lij præfinitio in ipso Deo
est, imo & ipse Deus: illud
mutationi subest, quia ho-
minum est: hoc totius vicis-
itudinis est expers, quia di-
uinū est, & Deus est, quod
ad promissa pertinet, in eis
Deus neminem fallit, ne-
minē frustratur spe cōcep-
ta de verbo ipsius, quod
in promittente fuit: si quid
absoluta voluntate polli-
cetur nobis, id semper im-
mobile permanet, non

Nu. 23. habens unde varietur. Nō
est (ait Propheta Balaam)
Deus quasi homo vt men-
tatur, neque vt filius ho-
minis vt mutetur. Nōnum-
quam vero res ipsa imple-
nare respicit personarū qua-
litates. statumque meriti,
aut demeriti secundū ipsi-
hominis iusticiam, seu ini-

quitatē, fitque vt exigen-
tibus his, aut contrarijs acti-
bus nunc præmio dignus
habeatur homo, nunc
etiam condignis inuolu-
tur supplicijs iuxta diui-
ni Decreti antiquam prou-
identiam: nam quod in te
variari conspicis opus iu-
stitiae, aut miserationis Do-
mini in animaduersione
delicti, vel in eius in-
dulgentia, tuæ mutabi-
litati depurandum est, non
Dei mutationi. Iam etiam
in assertione ipsa & præ-
dictione futurorum euen-
tuū Deū Opt. Max. à men-
dacio & deceptione facile
vindicamus, cum enim du-
plex sit ordo in rebus, al-
ter secundum naturā, alter
præter naturā, aut supra,
vt erq; ordo cadit sub scien-
tia, virtute, ac voluntate
Dei, vt quiduis efficiat pro
sua voluntatis arbitrio: go.
cum igitur vtroque modo D. Tho.
res sint in diuina cogni-
tione sive vt in causis sunt
proprijs, sive vt in se ip-
sis, aut in causa vniuersali-
fima

3

Hier. in
illud.
Matt. 1.
Ecce vir
go.
D. Tho.
2. 2. q.
124. ar. 1
& 1. p. q.
19. 47. 7.
ad 2.

4

sima quæ Deus est, interdū doque impediri, aut quæ
respiciens ad naturales, in- iam inchoata sunt omnino
ferioresque causas revelat rescindi, vt non putares ex
Prophetis aliquid quasi hominum meritis pendere
eventurum, quod re ipsa quod promittitur in æter-
non euenit: quia cum vir- nitate Sacerdotis & Sacer-
tus diuina prædominetur dotij donati mundo, iura-
omnibus naturalibus cau- mentum apponitur, & tan-
sis, s̄pē aliud constitutum do verborum molimine si-
est apud diuinam providē-
tiam, quam esset futurum,
vbi res propriæ relinquerē
tur naturæ. Vbi enim E-
saias ita locutus est ad Regē
Ezechiam: Dispone domui
tua, quia morieris & non
vives; Ipsius ægritudinis &
deficientis in homine virtu-
tis conditio pensata est, ex
qua nisi diuinitus præpedi-
retur esset mors neces-
sarie oritura, quod autem
euenisse aliter deprehendi-
mus, non est deceptione de-
putandum, aut mendacio
inspirantis, sed miserentis
Dei benignæ dispositioni,
qui in se ipso impermutabi-
lis permanens, immutat
res ipsas pro sua voluntate.
Quia igitur rerum prædi-
ctarum eventa solent quan-
num

nū Sacerdos, vt non nutet, ne c vacillet fides cōcepta de tāto Redēptore, nec cōcidat spes de adipiscenda salute, quā certo assequimur ex eterno Sacerdotio nobis impēso. Et quemadmo dū nō ex operibus iustitiae

nostræ Sacerdotē hunc obtinuimus nobis: ita nec multa iniquitas eripere valebit Sacerdotiū eternū, quod & iure iurando roboratur, & sine suspitione, aut formidine ullius pœnitudinis confertur hominibus.

CAPITVLVM XII.

- Spei erectio ex confirmatione Sacerdotij. num. 1.*
Sacerdotij excellentia ex iuramento adhibito. ibi.
Sacerdotij veteris mutatio & abolitio. num. 2.
In Heli & Saule significata legis & Sacerdotij extincio. num. 2.
Iurata ablationis scopus. num. 3.
Regnum David quare iuramento firmatum. ibid.
Figuræ commutatio in Scripturis. num. 4.
Filiatio naturalis Christi & adoptiva Salomonis. ibid.
Sacerdotij effecta in nobis. num. 5.

NON latuit Apo-stolum nostrum alio qui tam insig-ni te de cœlis eruditum

Christianæ hæc Philosofia, in qua spei nostræ anchoram figimus firmā, ac tutam. Vt enim hanc ipsam

no-

Heb. 7.

nostris animis fiduciæ firmitate ingeneraret, pri-mū quidē ita rem statuit di-cens: Cōtestatur enim, quo nā tu es Sacerdos in æter-nū secundū ordinem Mel-chisēdech. (deinde) Repro-batio (inquit) sit præceden-tis mandati propter infirmi-tatē, & inutilitatē: nihil enim ad perfectū adduxit lex. Ac demū sic totius clau-sulæ ambitum concludit: Introduō in verō (inquiens) melioris spei per quam pro-ximamus ad Deum. Illic propter infirmitatē legis & Sacerdotij minor erat spes adipiscēdæ salutis. Hic autē noui Sacerdotij consti-tutio, troux quoque spei materiam nobis submini-strat, vnde autem tantæ firmitudinis fundamentum ia-ctum fuerit in nobis, aperi-tur consequenti oratione. Et quantum est (ait) non si-ne iure iurando, ali⁹ qui-dem sine iure iurando Sacer-dotes facti sunt. Quasi dixis est magnum quid esse & quod potissime fiduciā no-strā confirmet, Sacerdotē

hunc nostrū cū iuramento fuisse institutū, nā inde pro uenerat destitutio spei ex antiquo Sacerdotio, q̄ cū sine iure iurando fuerit tradi-tum, minus roboris esse ha-bitū agnoscebatur, quam hoc ipsum q̄ sua ipsius sta-bilitate & eternitate arguit esse quoq; bona æterna in quæ nos introducit, quem admodum statim dicitur: Hic autem cum iarestan-do pereum qui dixit ad illū iurauit Dominus & non pœnitebit cū: iu es Sacerdos in æternum, in tantū melio-ris testamenti sponsor fa-tus est Iesus. Vides ex ipsa iuramenti sanctitudine di-stantiam huius ab alijs Sa-credotij, vt ubi iuratio in-teruenit, non sit mutationi ullus locus, ubi Sacerdotiū incōmutabile, ibi plenū es-se illud diuinæ virtutis ce- seatur. Accepit Phinees pa-tiū Sacerdotij sempiternū, vt nimis quod liber Eccle Eccl. 45. siastic⁹ explicuit, futura es-set illi Sacerdotij dignitas in æternum, ubi autē iuri-fundi confirmatio non inter-

nu. 25.

2

intercessit, facile sibi audi-
tum inuenit immutatio: &
ita euenisce comperimus,
vt & interrumperetur suc-
cessio propter criminia fi-
liorum, ac denique abole-
retur Pontificium antiquū
in tota Leuitica progenie.
Et prius quidem illud natu-
ram promissionis conse-
quutum est, quæ non absolu-
ta & independens erat,
sed cum quodam modera-
mine accipienda, si nempe
obex humanæ culpæ con-
tinuationem illius non ab-

Hieron. rumperet: posterius autē,
Epist. fi. vt penitus maneret extin-
Amb. ad Etum Sacerdotium illud,
Paulin. ex ipsis met infirmitate
oriebatur, vt & vmbra ce-
deret corpori, & figura ve-
ritati. In Heli mortuo &
Saule intersecto intellexe-
re Patres significatum Sa-
cerdotij & legis interitum,
vbi & ab vnius familia di-
uellitur Sacerdotiū, & ab
alterius posteritate trans-
fertur regnū vsque in sem-
piternum: quia vero illic
magnum quoddam nouæ

Epist. fi. vt penitus maneret extin-
Amb. ad Etum Sacerdotium illud,
Paulin. ex ipsis met infirmitate
oriebatur, vt & vmbra ce-
deret corpori, & figura ve-
ritati. In Heli mortuo &
Saule intersecto intellexe-
re Patres significatum Sa-
cerdotij & legis interitum,
vbi & ab vnius familia di-
uellitur Sacerdotiū, & ab
alterius posteritate trans-
fertur regnū vsque in sem-
piternum: quia vero illic
magnum quoddam nouæ
familiæ mysterium videba-
tur contexi, nouum etiam
miraculum in eis rerum ge-
stis licebit intueri. Etenim
cum de domo Heli auferē
dum fore Sacerdotiū præ-
dixisset Dominus, id ipsum
confirmatum esse voluit iu-
ramento, cum diceret.
Iuraui domui Heli, quod 1. Reg. 3
non expietur iniquitas do-
mus eius victimis & mu-
nieribus vsque in aeternam.
Sane Sacerdotium non iu-
ratum auferunt cum iura-
mento: & ubi crimen ad-
missum dicitur nunquam
fore expiandum, perpe-
tuum illic ablationis sup-
plicium inferendum esse
infinuatur: neque vero id
mirum si cum iureiurando
tollatur, quod temporariū
erat, cum id per quod abro-
gatur antiqua dignitas, de-
beat esse perpetuum. Iura-
tur itaq; in hac parte, quia
illius abolitio, huius est con-
firmatio & constabilitio.
Iam etiam regnum Saulis,
quod sine iureiurando fue-
rat institutum, cū ab illius
familiæ

3

Psal. 88. familia diuelliatur, in David
stabilitur quasi iuratū Dei
Verbo. *Iuraui, ait, David*
seruo meo, vsque in ater-
nūm præparabo semē tuū:
& edificabo in generatio-
ne, & generationem sedem
tuam, ut pulsus Semel iura-
ui in Sancto meo si David
mentiar, semen eius in aeter-
num manebit: & thronus
eius sicut Sol in conspectu
meo, & sicut Luna perfec-
tæ in aeternū. Etenim quia
non tam illuc habebatur ra-
tio caduci regni, & cito ex-
tinguendi in domo Iuda,
& posteritate Davidica,
quam alterius Imperij spi-
ritalis, & perpetui, quod in
filio David statuendum
erat, iuxta veterem, iu-
rataunque promissionem,
idcirco sacramento firma-
tum describitur regnum
illius. Nam & vt videres
huc fuisse respectum in sta-
bilimento illo solij Davidi-
cii, ad ipsam originem re-
galis hujus fastigij com-
pellamus te, o Vir Catho-
lice, fieri enim vt pari filo

contextum videas quod
erat Sacerdotij, & quod
regni, & quod in nostro
Pontifice ac Rege tā soli-
cite, & tam sancte iura-
tum fuisse describitur, ad
firmamentum fidei, & fi-
duciae nostræ pertinere
censeatur. Sic plane ha-
bet historia, quam in libris
Regum legimus in hæc
verba. Cumque completi
fuerint dies tui, & dor-
mieris cum patribus tuis,
suscitabo semen tuum post
te, quod egredietur de vte-
ro tuo, & firmabo reg-
num eius. Ipse edificabit
domum nomini meo, &
stabiliam Thronum regni
eius vsque in sempiternum.
Ego ero et in Patrem, &
ipse erit mihi in Filium.
Pleraque horum in Chri-
stum in agis competunt,
quam in Salomonem, vt
solij firmitudinem in Re-
demptore conspicias, quā
in Salomone deprehendere non facile queas.
Nam & sāpe ita euenis
iuxta morem Scriptura-

O rum,

4

rum, ut in serie retexendæ historiæ, quæ de Salomonе instituitur, interse-
rantur quædam, quæ vel
ægre illi applicari, vel
nulla prorsus ratione ad-
scribi ei valeant, sed omni-
no referantur ad Chris-
tum. In ea classe reponen-
dum erit quod habemus
in Psalmo septuagesimo
primo, sub his verbis ex-
Psal. 71. pressum: *Permanebit cum
Selc, & ante Lunam in ge-
neratione, & generatio-
nem. Orietur in diebus eius
iustitia, & abundantia
paris, donec auferatur Lu-
na. Et dominabitur à ma-
ris usque ad mare, & à flu-
mine usque ad terminos
Orbis terrarum. Et adora-
bunt eum omnes gentes,
omnes pentes seruentei. Id
circo, & sensu magnifico*
*Apostolus interpretatus
est de Christo verba illa.
Ego ero illi in Patrem, &
ille erit mihi in Filium.
Ut & ad generationem
æternam, & filiationem
naturalē pertinuerint, po-*

tiusque ad ascensionem, &
adoptionem. Nam si de hac
filiatione testimonium il-
lud intelligi contendamus,
non perpetua fuit in Sa-
lonone, sed vel interrup-
ta peccatis, vel omnino
in posterum extincta, ut
etiam in hac ipsa promis-
sione comperias, quod de
alijs ad homines factis pau-
lo ante animaduertimus,
nimisimum ad id getus pro-
missionum perire quæ
mutantur commutatis re-
bus, & humanis inoribus.
Quod & in alijs exprime-
re curauit Divinus Spi-
ritus, quemadmodum, & in
locis allegatis patuit. Vbi
cum pollicitatio facta fuisset
de solio principatus,
id continuo adiectum est
verbis prioribus. *Sicuto-
derint Filij tui Testamen-
tum meum, & testimo-
nia mea hæc quæ docebo
eos.* Quare plenum pro-
missionis iuratae funda-
mentum in Christo col-
locatum fuisse agnoscitur,
ut in eum respiciat
quod

quod dictum fuerat. *Iu-
rauit Dominus David ve-
ritatem, & non frustra-
bitur cum, defrauctu ven-
tris tui ponam super se-
dem tuam.* In eundem quo
que scopum contendit co-
firmatio alibi facta, cum
ita dicitur. *Misericor-
diam autem meam non dis-
pergam ab eo, neque noce-
bo in veritate mea :
neque prophanabo Testa-
mentum meum, & qua
procedunt de labijs meis
non faciam irrita.* Et sic
quidem firmatum solium,
sic roborum proferimus
Sacerdotium Christi, ut

S

quæ in proces-
sione tractationis am-
plius eluces-
cent.

O 2 CAP:



CAPITVLVM XIII.

Quæ sit materia iuramenti huius. num. 1.

Iuramentum assertorium Sacerdotij. num. 1.

Sacerdotij æternitas iuramento confirmata. num. 2.

In Dei pollicitatione merito iuramentum apponitur. ibid.

Iuramentum æternam Sacerdotij efficaciam designat. num. 3.

Iuramentum refert Apostolus ad æternitatem Sacerdotij. num. 4.

Sacerdotalis functio æterna in Christo. num. 5.

IESTAT vero ut materiam iuramenti huius exquiramus diligenterius, in qua nimirum cadat gradis hæc contestatio Domini, vtrumne assertorium illud sit Diuini huius Sacerdotij? an potius promissorium æternitatis, & perpetuæ durationis quæ illic futura prohibetur? Ad singula enim referri potest iurationiste simonium, vt & rei præsentis exhibitio iure iurando confirmetur, & nua-

quæm interitura Pontificia potestas promittatur hominibus. Et siquidem priorem sensum velimus amplecti, plana est intelligentia huius clausulæ, nempe ut eadem certitudinis infallibilitate nuc nobis dohari Sacerdotem existimamus, qua & olim Abrahæ promissio de illo facta est: quem enim Reparatorem Orbis ad benedictionem vniuersarum gentium pollitus est Dominus sub iure iurando, eum modo agnos-

Gene. 23.

ci vult eadem firmitudine collatum Sacerdotem, per quem benedictione repleatur vniuersitas gentium. Incredibile namque videretur hominibus quod per vnius hominis Sacerdotium, & victimam perageretur omnium ipsorum causa, & totum negotium salutis eorum consummationem acciperet, nisi Pontificius honor Incarnatæ Maiestatis, & Diuini Verbi attestatione confirmaretur, & adhuc noua roboretur iuratione. Est enim potentia mirabilis huius nobis impensi Sacerdotis, qui per sanguinis sui hostiam nostra omnium criminæ potuit expiare: quo circa, & fidem astrui necesse fuit operistam noni, & graui contestatione iuramenti constabiliri apud homines maiestatem, & virtutem summi, & sancti nostri Pontificis: sanctio itaque & institutio Sacerdotis præsens iuratione fulcitur, vt fidè adhibeamus,

O 3 con-

cōfirmata Quin potius iuris iurata li arrestatio aut semper aut plures adiungitur pollicitationi, aut cōmātōni supplicij infligendi. Forte autem assertio, & promissio eo verborum discriminēdiūduntur, quia non eadem subest ratio sic confirmandi affirmata veritatem quæ ad hoc interuenit ut iuratione roboretur promissio, vel etiam comminatio. Etenim ubi Deus aliquid ita esse affirmat, non potest illius rei veritas in dubium reuocari, cum Deus nequeat aut falli, aut fallere. Cum autem aliquid per Prophetas suos promittit faciēdū aut euenturū minatur, forte in controvēsiā venire posset, utrū vaticiniū sit metā cōminatiōnis aut expectans aliquid ex parte hominis ut impleatur, vel non impleatur, quemadmodum nuper explicatu fecimus: ideoq; hoc peculiaris sacramenti robore magis videretur indigere, quam illud prius. Sic

plane iurationis nomine immobilitate diuinæ p̄x definitionis, p̄xdestinatio nisque intelligimus, dum quod semel statuit, nunquam dissoluitur, nunquam illud alio comunitatur, sed stabile in aeternū permanet. Sic demum, & perfectionem huius Pontificij honoris plenius agnoscimus, dum non clauditur finibus temporum, non locorum aut personarum certis limitibus coartatur. Nam quod aeternum assertur, aeternam efficaciam habere insinuator, ut ad omnes omnium saeculorum gentes patere possit illius operatio. Ita vero iurationis huius vim, & pollicitationis virtutem, ut in futurum relatam, & quasi ad omnia imposterum tempora pertinentem quibus duraturum esset Sacerdotium hoc intellexit diuinus Apostolus: cui quidquid digne de Pontificio Redemptoris Praesulatu di-

Vide. S.
Tho. He
br. 3. le.
2. & He
br. 6. le.
4.

Heb. 6.

4

ei potest referimus acceptum: primum quidem ita exprimit quod ex nobis futurum erat in spe concepta de fructu Sacerdotij aeterni. In quo (ait) abundantius volens Deus ostendere pollicitationis haeredibus, immobilitatem consilij sui, interposuit iurandum, ut per duas res immobiles, quibus impossibile est Deum mentiri, fortissimum solatum habeamus, qui configimus ad tenendam propositam spem. Profecto si expendamus verba singula, omnia promissionem sonant quæ stabiliter iuramento ad erigendam nostram fiduciam quam concepimus de propria salute per Christū obtinenda. Deinde ubi adisse appulit ut veteres Sacerdotes cum hoc nostro componeret, & ratione ad hiberet discriminis inter illos & nostrum, sic ait: Et atij quidem plures facti sunt Sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere. Hic autem eo quod maneat in aeternū, sempiternum habeat Sacerdotium, unde & saluare potest imperpetuum accedentes per ipsam ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis. En tibi aeternitatem Sacerdotij iurata à Domino ita explicuit Paulus noster, ut perpetuum Sacerdotem donari tibi agnoscas, cuius etiam perpetua sit operatio in conferta salute. Et in eo quidem quod dixit sempiternum esse Christi Sacerdotium, quia & Sacerdos ipse manet in aeternū, expressis apertius aeternitatis rationem in hoc positam esse, quod & ipse Sacerdos aeternam habeat durationem, semperque vivat ut interpellet Parentem pro nostra salute. Profecto sic Paulus contemplatus est nostrum Pontificem non quasi oculos in cœlis, aut quasi nihil agentem in negotio humanæ redemtionis

ptionis post singularem illam hostiam oblatam in Cruce. Imò vero sic se habet Redemptor, Apostolo teste, dum seder ad dexteram Majestatis in excelsis, ut perpetuum faciat officium Sacerdotis, non quidem nouas hostias offerendo, sed se medium, & mediatorem interponens inter Deum & homines, vulnerum stigmata ostentans, & quasi denuo exhibens Patri, effuso sanguini si non nouam virtutem tribuens (habuit enim eam immensam dum funderetur in ligno) saltem nouam ei, & perpetuanam efficaciam praestans in re ipsa, iustificationis,



CAPI:

& glorificationis Sanctorum. Huc nos adegit testimonium Apostoli, dum ageremus de attestatione diuini iuramenti. Nam aeternam durationem Sacerdotij confirmari diximus iuratione illa, de qua nobis hoc loco sermo est. Nec potuimus iuramentum Domini ab aeternitate Sacerdotij secernere, cum & super hac ipsa aeternitate grauis illa contestatio cadere dicatur. Nos autem id tertio loco pertractandum promisimus, quod erat aeternitatis, ut etiam ex hoc capite praeципuam comprobaremus excel lentiam Sacerdotij Christi.

CAPITVLVM XIII.

Apostolus aeternitatem Sacerdotij ad ipsum effectum retulit. num. 1.

Lex noua Testamentum aeternum. n. 2.

Sacerdotium Christi aeternitate distinguitur ab Aaronico. num. 3.

Regnum, seu Principatus in Iuda usque ad Christum ibidem.

Sacerdotij Levitici duratio usque ad Christum n. 4.

Levitici Sacerdotij terminus iam completus. n. 5.

Vnctio Sacerdotalis, Regia. n. 6.

I.



Tatuamus igitur, quod aeternitatis est in Sacerdotio Redemptoris, iuxta fidem Apostolici eligij. Etenim preter aeternitatem Sacerdotis, aliud quid insinuatum est ab eodem Apostolo, dum ita ex superioribus colligit: *Vnde saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pronobis. Non tantum ex ipsa aeterna duratione personæ, verum etiam ex effusione sperni ductu aeternum fore Sacerdotium subintulit dieius Apostolus. Videbat enim exiguum nimis & curtam esse antiqui Sacerdotij efficacia, quod iustitiam & gratiam conferre non poterat: cui semper interiusta tabernacula erat opertum, nec locus dabatur aperiendi vel amnis, quod ad Sanctas anforas fuerat appositum. Videbat vimbram tantum futuron bonorum, & non ipsam rem imaginem, aut plenam veritatem in lege, in victi-*

2

Vide S.
Tho. 3. p.
g. 23. ar.
5. & 6.
& q. 63.
art. 5.

na igitur efficacia in eo quod
confertur, aeternitati attein-
satur, suffragaturque Sa-
cerdotij: & ipsum aeternum
fore declarat sem-
piterna cœlestium bono-
rum in Sanctis, ut ita di-
xerim, efficientia. Idcir-
co & noua lex, aeternum
appellatur Testamentum,
& Christi Sacerdotium in
aeternum permanere dici-
tur: quia aeternorum bono-
rum cumulum ea praestant
nobis, & perpetua felici-
tatis immensum pondus

operantur in hominibus:
Huius tamen aeternitatis
nonnullas alias rationes
excogitare, & huc con-
uere here fuisse facillimum;
nisi nos ab hoc onere li-
berasset primus liber, quem
de Christi Sacerdotio conscripsimus: ubi quae hic
desiderantur inuenire lice-
bit. Et sic quidem brevior-
is compendio perstrinximus, siue quae ad iura-
menti rationem, siue quae
ad aeternitatem Sacerdotij
iurata pertinebant. Il-
lud interim Iudaica per-
tinacia nobis silentio praeterire non permittit, quod
ad afferendam hanc aeterni-
tatem Sacerdotij in Chri-
sto necessarium esse per-
spicio. Id sane fuerit, ut
verbis Prophetæ nostri
explicatum agnoscamus dis-
crimen inter Pontificium
Leuiticum, & Sacerdo-
talem Christi dignitatem,
qua in aeternum esse per-
hibetur. Et ad hoc qui-
dem deseruit nobis non
minime, quod consequen-
tiora-

3

ti oratione dicitur de ritu
& ordine Melchisedech:
pluraque ad aeternitatem
Sacerdotij huius attinen-
ti ex ea parte pensanda
erunt, quia Redemptor es-
se dicitur Sacerdos secun-
dum ordinem Melchise-
dech: Interim vero illud
demonstrasse nobis fuerit
satis nimicum quod aeterni-
tatis discerniculo inter se
diuidantur haec duo Sa-
cerdotia. Nemo in vobis,
de Iudei, qui sani sit capi-
tis Sacerdotium Aaroni-
cum aeternum esse conten-
det, quod & illud & illius
hostia, meliori subserui-
ent Testamento, quod in
Christi morte & sanguine
consecratum est. Inve-
ro illud eousque permansurum
agnoscer, qui vis doctus in
Lege & Prophetis, donec
exurgeret Sacerdos non se-
cundum legalem ritum, &
successione carnalem; sed
ex vi iurandi, quod se-
pius audiuimus. Etenim
deo haec pariter & in v-
num composita suæ dura-
tionis terminum habitura
fauisse agnoscuntur in ad-
uentu Messiae tamdiu a vo
bis frustra expectari. Re-
gni sceptrum, Dacatus,
& Principatus eosque
perseueraturus esse præ-
dictus est, donec nouum
Imperium reuelaretur in
Christo, de quo ita pro-
phetatum auditis: *Et sa-
etas est Principatus super
humerum eius. Ita enim ef-
ficendum erat, ut ablato
Regno temporali & insta-
bili nouum Regnum succede-
ret spirituale & aeternum, ter-
ratum ei soli, de quo dictum
est: Super terram Domini,
& super regnum eius. fede-
bit, ut confirmet illud & cor-
roboret in iudicio & iusti-
tia amodo & usque in sem-
pernitatem. Manifestum vobis
de hac te vaticiniu conte-
xuerat olim Iacob ita lo-
quens de benedictionibus
Iudei: Non auferetur (in-
quit) sceptrum de Iudea, &
dux de fœnore eius, donec
veniat qui mittendus est, &
ipse erit expectatio gentium.*
Agnos-

Gen. 49.

Aug. li. Agnosce, ô Iudæs, terminum à diuina sapientia præfinitum sceptro regni vestri, ut non contumaciter permaneas in tua incredulitate, sed regem tuum libeter suscipias, qui tot ante sacerulis, hisce notis fuerat præmonstratus. Alterum est quod ad Sacerdotalem Pontificiamque celsitudinem spectat suo tempore devoluendam ad Christum, quæ adumbrata, deliniataque fuerat in Aaronico Sacerdotio, durationi enim illius sui limites sunt præfixi, ut tandem vigeret Leuiticum ministerium, quādiu differebatur mundo Sacerdos nouus cum iuramento institutus, cui sacramenta omnia vestra ministrabant. Is est de quo iampridem audistis: *Iuravit Dominus & non potuisse eum: tu es Sacerdos in aeternum.* Nam & quod legistis olim in priori libro Esdræ surrecturu

Gen. *Faust. c.* *Glos.* *cap. 49.* *Esdr. 2* *Sacerdotē doctū, atq; per-*

fectum, quod etiam explicatius habemus in tertio libro, qui plurimum authoritatis obtinet, licet inter Canonicas scripturas non recessatur, nimirum excurrentum Pontificem doctū secundū ostensionē & veritatem, habet quidē literale fonsim de vestris Sacerdotibus, sed secundum spiritū ad nostrum referunt summum Sacerdotem: qui se ipsa ostensurus, exhibitusq; foret quod illic prænotatū erat salutis & veritatis. Gratia namq; & veritas per Iesum Christum facta est. Et quānam periodus aut quis terminus antiqui Sacerdotij, ut nouū effulgeat? Res hæc semper est agnita in populo Iudæorum, & à maioribus ad posteros perpetua luce honeste derivata fuit, neque iam vobis ullus tergiuerandi locus esse potest, ubi apertum est Danielis testimoniū, cui refragari nefas sit. Sic namque ad virum desideriorum loquitur Gabriel,

*3. Esdr. 5.**Ioan. 1.**5.**Dan. 9.*

briel, cui tanti sacramenti metur præuaricatio & finem suum accipiat peccatum. Et quānam illa vñctio est? sane vñctio noui Sacerdotis, per quem extinguitur Sacerdotiu pri ceu deficiens, impetrat iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna. & impletatur visio ex Prophetia, & vngatur Sanctus sanctorum. Profecto si iustitia non est ex lege, si virtus Sacerdotium non potuit delere iniquitatem & finem præuaricationi imponere, nouo Legislatore & nouo Sacerdote opus fuit, qui & iustitiae sempiternæ titulo prænotatur & Sanctus sanctorum predictus est, per quem omnis iustitia nostra suam summationem accipiat, iuxta verbum Apostoli ita de *I. Cora.* illo dicentis. *Quis factus est nobis sapientia a Deo & iustitia, & sanctificatio & redemptio.* Illius vero sum legem impleuit: in vñctione præstolabatur: quo & omnis visio & prophetia suam consummationem.

*6**Aug. li.**2. con.**Faust. c.**35. Af-**fri. 5. vo**lum. tem**porum.*

ne accepit : in quo & legis
promissa & Sacerdotium
cum cæremonijs suis ex-
tincta fuerunt ; vt cede-

rent meliori Sacerdotio
& Testamento , quod in
melioribus bonis confir-
matum est.

CAPITVLVM XV.

Lex de loco sacrificij mutata in Christo. numero. 1.

Pas̄io Christi extra portam ciuitatis. ibid.

Cœna Domini in Sion peracta. num. 2.

Cœnaculum grande amplitudo Ecclesie. ibid.

Legalium inhibitio post mortem Christi. num. 3.

*Cœnæ sacrificium ab Esaiâ compositum cum hostia
Crucis. num. 4.*

Crucis hostia in Sion reddita. num. 5.

Paschæ celebratio in domo una. num. 6.

*Lex & Sacerdotium in monte condita. ibi-
dem.*

*In Sion edita Sacraenta Christianæ fidei. nu-
mero. 7.*

IM ETIAM signifi-
cacio figuræ rā
antiqua , & tam
noua , rerum materies in
Christo exhibita illustrius
manifestat , firmiusque
corroborat fidem assertæ
veritatis. Etenim vetus
cære-

extra ciuitatem parat sibi
locum victimæ offeren-
dæ. Quorūmenū(ait)ani
malum infertur sanguis
pro peccato in sancta per
Pontificem, horum corpora
cremantur extra castra.
Quod quidem ex Leui. 16
tico accessitum ad multam
nobis doctrinæ vber-
tatem conducere voluit
diuinus Apostolus, vt ho-
stiam pro peccato extra
castra incensam igni , &
quæ in holocaustum trans-
ficeret , nostris exhiberet
oculis. De qua illud sub-
intulit , dicens . Propter
quod & Iesus vt san-
ctificaret per suum sanguis
nem populum extra per-
tam passus est . Signi-
ficabat plane loci noua
positio abolendas esse de-
inum priscas cæremonias ,
& sacrificiorum varios
ritus uno sacrificio com-
mutari debere , quod in-
choatum in Cruce , re-
tinendum, celebrandumque
foret religione perpetua
in Christiana Republica ,
quod

2

Luc. 22.

quod etiam in cœna mystici notatum ego fuisse agnosco, vbi typicum sed alio qui veritate ipsa plenum a fuit sacrificium corporis & sanguinis Domini. Cui reddendo sub imagine panis & vini delegit sibi Dominus sion montem sanctum, si Patribus credimus, ut & illuc annotata, esset amplitudo Ecclesiae Catholicae, quæ non in Sinai legem accipit, & legis Sacerdotium instar Synagogæ, sed in Sion quasi longe distans à Sacerdotio veteri, & il-

lius oblationibus. Ideoque Cœnaculum grande sibi præparari iubet nouus nouæ Legis Sacerdos, quod non prematur angustijs vnius Israelitici populi, sed sua magnitudine capiat vniuersitatem gétium omnium regionum; quinimo & Cœnaculi huius distincio illuc designata est, quia sic Ecclesiæ receptaculum distinguitur à Synagoga Iudæorū & Tabernaculo templi, vt illud nequiret

prorsus cōsistere cù novo templo, novo sacrificio, sacramentisque per Christum sancitis. Quod innuit ipsemet Apostolus loco allegato cum Leuitas, Sacerdotes, & omnes qui sub priori Testamento vel ministrant, vel ministriata participant arcet a communione altaris & participio sacramentorum nouæ legis. *Habemus (inquit) altare de quo edere non habent potestatem, qui Tabernaculo deserunt: Quasi dicat, eos qui sub antiquis militant institutis, longe abesse à participatione mēsæ Dominiæ, sacrificijq; vnici, quod in Ecclesia Catholica reddi perpetuo consuevit. Quod perinde fuerit ac si dixeris cù eodē Apostolo. Non potestis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum: non potestis mensæ Domini participes esse & mensæ dæmoniorum: Quāuis enim illa quandam ritę, sancteque celebrata fuerint ex imperio Domini:*

iam

Heb. 13

3

Cor. 10

Gal. 5.

4

iā prorsus detestabilia sunt, & ab ieiūtūr quasi pannus mēstruatæ. Fitq; vt mensa illa, propositio panū, agnī victima, quidquid religiosum erat in cibis, & potibus, varijs baptismatibus, & iustitijs carnis, quas ita nominat idē Apostolus nō tantū in exterminiu abierint, verū etiā in abominationē reputetur, & manifestariam perniciē, quemadmodū ipsemet declarat in

hæc verba: Ecce ego Paulus disco vobis quoniam si circumcidamini Christus vobis nibil proderit, euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini à gratia excidisti. Ita sane, qui Tabernaculo deseruiunt procul absunt à gratia noui Testamenti: nec possunt altaris nostri participes fieri, qui aliud altare sibi exererunt

cōtra altare Domini, quod in magno illo cœnaculo, & in Cruce sibi erexit Christus: ne autem suspiceris capitum mei esse inuentum quod cuperamus astrypere,

quodque huc inuehimus de cōposita in vnu veritate sacrificij redditu in Cruce, & inchoati, vereque oblati in extrema cœna, illud ego ab Esaiā prius obseruatū intelligo, vt & tu vicissim agnoscas in ambo bus ita cōciliatis cōplementū legis antiquæ abrogationēque Sacerdotij & sacrificiorū illius. Ad eundēmon tē duo illa retulit, & in vnu cōpegit, recto ordine procedens à priori ad id quod posterius in Cruce actum est. Faciet, inquit, Dom. *Esa. 25.*

nus exercitu in mōte hoc cōiuū pinguiū, cōiuū vindemia, cōiuū pinguiū medullatorū, vindemia de faciat. Quod verbū licet fidelē habeat interpretationē de cœna & conuiuio electis præparato in regione viuētiū: nō minus pium ac celebē sensum sortitur apud viros sanctos de corporis, & sanguinis Domini apparatis delicij in cœna illa Dominica, vbi Pascha celebravit Christus cum

P Dis-

Cypr. in Discipulis suis. Porro quod expōsi. protinus adiūcitat de vinculo peccati disrupto, & p̄x symboli lo peccati morte manifestius Euse. lib. cipitata morte manifestius Demon- str. E. 4. refertur ad vim hostiæ im- gel. vlt. molatæ in Cruce, vbi sic habetur. Et præcipitabit in morte isto facie vinculi colligari super omnes populos, & tēla quā ordinis est super omnes nationes: præcipitabit morte in sempiternitatem. Ecce virtusque in morte actu fuisse narratur, vbi nulla templa Iudaici memoria, sed totū negotiū sacrificij geritur in Sio mōte Sancto Dei. Audierat quonda Iudæus interdictū sibi perfugium ad montes, & colles, ad lucus, & condensanemora, ut illic vota, & hostias suas redderet Domino. Nunc audiat in monte vno celebrari Phæse, immolari agnū, offerri victimam propitiatiōnis, & gratiæ, mortis expultricē, instauratricem virtutē, consummatiōnem legis, inchoatrice nouæ religionis, obseruatriceque. Au- dierat in Moysè ita præci-

Hebr. 5. Nam & rem ita exorsus dem fecerit Paulus. Reliquit enim quasi rem evidentem, & omnibus per viam, quam Lyricus nostre ad Historia Geneseos Gene. 14 referens seipsum, nostris oculis exposuit dicens: Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Non itaque prætermissum est a Regio Vate, sed insinuatum verbo uno, quod Paulus multa orationis prolixitate percusus fuit: sed ille vtrumque simul videtur complexus, hic alterum tenacius insecurus. Ille in persona, & in ordine Sacerdotalis functionis vtrique nobis meditandum perscripsit: hic in illo priori longius immoratus, exactam fecit tractationem de summo nostro Sacerdote, qui factus Pontifex in aeternum secundum ordinem Melchisedech, aeternam quoque Redemptionem attulit nobis, quam præstare non potuit Leviticum Sacerdotium. Non

4

te conturberet quod vides in Apostolo, ubi natus occasionem ex loco Psalmi quem suscepereat enarrandum, ad ea transit quæ originalia sunt sacramentorum coelestium, omittit vero quod in Melchisedech erat ordinis officij, seu ritus ministerialis in reddendo sacrificio, quodque illi ministerio respondet in sacramento Eucharistiae. Persequetur enim rationem instituti sui, ut Redemptorem à Iudeis crucifixum, Deum esse comprobaret, suffici que talem virtute ostenderet in sanguine Redemptionis, qualis erat Diuinitate apud Patrem. Sicque per multam prouidentiam evenit, ut unus sarcinae videretur, quod ab altero prætermisum est, aut potius unus explicaret, quod alter implicite dixerat. Contra vero Psaltes Regius alio convertit sermonem, quod quidem longe videbatur

diversum ab argumento ipsius Apostoli. Verum, ò vir Catholice, non conturberis super hoc negotio: nec peregrinum, aut extraneum esse putes à Sacerdotio Christi, quod quotidie in Ecclesia celebrari vides. Neque vero minus ad ipsius dignitatem Pontificiam pertinere arbitris quod modo in altari offerri conspicis, quam quod in Ara Crucis quondam oblatum fuisse contemplaris. Fatoe sane cum de insignis huius Sacerdotij ratione differendum erat, illud primū obisci oculis quod ad sacrificium pingue immolatum in Cruce pertinebat. Et illud quidem, si rem de summa facie velis æstimare, priori loco videbatur petrastandum à Propheta nostro, ut de unica hostia contexeretur sermo, qua Pontifex Christus in æternum consummavit sanctificatos. Ibi enim

præ-

5

6

7

præcipue partes se se prodidere Sacerdotij: ibique potissimum Sacerdos noster functus est officio suo, ad quod fuerat uictus & destinatus in mundum. Ibi Sacerdotij sui exercens magnitudinem, non tam dissoluit legem, quam dislocuit esse declarauit, eam ipsam adimplens in semetipso. Ibi antiquis hostijs & legalibus cæremonijs finem imposuit, legem cum Sacerdotio abolens, initium nouo Testamento præscribens, sacramentis suis multam adjiciens virutem & perenni sacrificio admirabilem efficaciam. Illic chirographum decreti quod aduersum nos erat affixit ligno: ibi pacem & libertatem nostram afferuit, quid multis opus est. Ibi holocausto suo vitam nobis contulit sempiternam, ut omnibus suis partibus absolutam videoas Pontificia & dignitatem & functionem in eo qui una oblatione totum efficit, quod ad

quidem

omnitudinem plenitudinem Sacerdotij existimat per tinere. Quavis autem haec ita se habeat, quæ longiori periphrasi persequi onerosum esset si recensere vellemus quidquid in Christi passione gestum est: quadam tamen peculiari ratione Vates noster ad eam formam reddendi sacrificij se transferre curauit, ubi sub aliena specie vel se ipsum obtulit ante Passionem suam Christus, vel quotidie offertur in Christiana Republica. Etenim quasi primicias holocausti, quod in Cruce immolandum fuit, obtulerat prius Redemptor noster in extrema cena ceu mysticum & figuratum sacrificium, quod tamen re ipsa & veritate plenum erat. Quis enim nisi perfidus Hæreticus insanè eam rem audeat nunc demum in dubium euocare, utrum ne Christus in cena yearum peregerit sacrificium,

R +

ubi

8

Euse. Cæ vbi iam manifestè sese pro
sar. lib. 1. didit plenitudo Sacerdo-
demonij. talis dignitatis? Protecto
Euan. c. summi Sacerdotis munia
10. ibi executus est Redemp-
Cypr. li. tor, vbi & sacramentorum
2. epist. 3. Theoph. omnium maximum, qui si-
in Mat- nis cæterorum est, vt de
th. 28. alijs sacramentis taceam,
& Sacerdotium nouū Ec-
clesiæ Catholicæ in Apo-
stolis est conditum. Vbi ip-
semer Christus, Sacerdos,
& hostia, ipse mysterium
corporis & sanguinis fui-
confecit, deditque Disci-
pulis, vt in vtroq; sese com-
probaret Sacerdotem; ac
deinum vt suum consum-

Hiero. ad maret holocaustum, ipse-
Hedibia met quod confeccauerat
q. 2. &
hab. de cō bens de mensa illa, quod a-
secr. d. 2. capi. nec lijs porrigebat. Nam &
Moses, quod ipse faciebat in per-
& *Glos.* fectione sacrificij, & per-
Ruth. 3. fecta oblatione, quam Deo
Luc. 22. exhibebat, idipsum præ-
2. *Cor.* 11. scripsit Apostolis facien-
dum in commemorationē
eiusdem, vbi dictum est il-
lis: *Hoc facite in meam*

commemorationem: *Hoc*
quotiescumque feceritis, in
mei memoriam facietis: vbi
plane & potestate Sacer-
dotalem accepit sacer A-
postolorum Senatus, & ce-
lebrandi sacrificij formam
sibi præscriptam fuisse in-
tellexit. Transcurrimus li-
beter hæc ipsa, quæ viri or-
thodoxi longiori tractatu
digesserunt, siue de coena
Domini, siue de sacrificio
Missæ differentes. Hoc v-
num relinquamus compre-
hendere, nempe verum à Chri-
sto sacrificium fuisse obla-
tum in nouissima coena, vt
ibi aut prima, aut certè sin-
gularis, & præcipua fun-
ctio Sacerdotij sese ostend-
eret, iuxta quam dictus
est Redemptor. Sacerdos
secundum ordinem Mel-
chisedech. Quod autem in
postremo illo cœniuo in-
choatum est, idipsum quoti-
die perficit Christus in Ec-
clesia sua sub eadē, quæ &
tunc forma visibili, nimis
panis & vini offerens illic
sux carnis & sanguinis ho-
stiam

9 stiam immaculatam. Iam
igitur illud primo loco sta-
tuamus non esse discessum
à victima illa Crucis, cum
cærenonia hæc hostiæ of-
ferendæ in Ecclesia obijcitur
oculis. Quin potius Vates
eximus utrumque vere
complexus est, dum ad my-
sticum se contulit sacrifici-
um: quia illud simul &
figuram exprimit hostiæ



CAPITVL. XXIII.

Eadem est Hostia Crucis, & Altaris. n. 1.

Hostia cruenta, & incruenta. ibid.

Quomodo eadem sit Crucis & Altaris Hostia. n. 2.

*Agni Paschalis sacramentum & sacrificium. nu-
mero 3.*

Sacrificij ritus Apostolis commendatus. n. 4.

*Crucis & Altaris sacrificium simul traditum. nu-
mero 5.*

Quare Christus calcasse dicitur torcular. n. 6.

A Christi hostia initium nostri sacrificij. n. 7.

Crucis & Altaris hostia insinuata ab Esara. n. 8.

I N T V E O R
planè myste-
rijs plenam sen-
tentiarum v-
bertate redundantem o-
rationis huius breuio-
rem clausulam : nec sa-
tis ingenio verba , qui-
bus conceptum sermo-
nem valeam explicare.
Principio quidem con-
stat non fuisse immemo-
rem vnius & singularis
sacrificij in Cruce perse-
cti, eum qui se totum con-
culit ad differendum de-
hostia per singulos dies
immolanda in Ecclesia.
Nam & sacrificium hoc
ab illo discretum non est,
nisi accidentarijs qualita-
tibus , cum substantiali-
ter sit idem quod utrobi-
que in materiam oblatio-
nis afficitur . Vbi nini-
rum eadem est Hostia,
quam illuc cruentam , &
ingloriam apud homines
fuisse agnoscimus , hic in-
cruentam & gloriosam a-
doramus . Non alio dis-
crimine diuidit hæc duo

pietas fidellum : inid nec
duo facit sed unum in
substantia , quod rei ob-
blatæ ueritate idem est , &
offerentis actione non e-
tiam distinguitur , vt sta-
tim compobauimus , v-
bre.

num omnes sacrificium ap-
pellamus , cruentum & in-
cruentum , iuxta veterem
traditionem Patrum , quæ
dimanauit ab Apostolis.

Quare nonnisi magno con-
silio , nonnisi graui su-
perni spiritus impulsio-
ne actum est , ut uno ver-
bo complesteretur Pro-
pheta , & quod olim ge-
stum est à Salvatore in

Crucis altari , & quod
perpetuo geritur in Reg-
no ipsius . Nec enim sa-
tis sibi fuisse putavit Ly-
ricus Domini , si victi-
mam Crucis proponeret ,
nisi & eam ipsam obijce-
ret oculis , quæ illius ima-
ginem exprimit , & con-
tinet veritatem . Volo au-
tem non verbis tantum ,
sed rebus , & testimo-
nijs solidis confirmatam

ha-

*Gre. Na-
zianz. in
lib. car-
minum.*

*Athan.
de varijs
quest. q.
34. & 88
Cyri. A-
natHEMA
tismo 10.
Conc. E-
narr. obij-
ches. in
epist. ad
Nest. &
in Conc.
Chalced.*

2

3

Exo. 12.

dubium

quin

&

ratio-

nem

sacrificij

obtinue-

rit

&

præcipui

Sacra-

menti

. Præterquam

e-

nim

quod

in

memoria

acep-
ti

beneficij

pro

con-

tra-

to

A

Egyptiacæ

capti-

vitatis

fugo

instituta

fue-

ræ

Sacra

illa

cære-
monia

, figu-
ram

præfer-
bat

Agni

nostrí

immacu-
lati

, &

immo-
lationis

illius

in

Cruce

per-
ficien-
dæ

. Ad

quam

rei

veri-
tatem

alludens

diuinus

no-

ster

Apostolus

: Pascha

(inquit)

nostrum

immo-

latus

est

Christus

. Ut quod

testes

habeas assertionem hanc ,
vt penitus intelligas idem
agi in quotidianis Sacra-
mentis , quod in Cru-
cis holocausto gestum ag-
noscis , nec tibi redda-
tur incredibile quod de
vnica Hostia Crucis &
altaris nobis pronuncia-
tum est . Agnus ille cu-
ius celebrandi ritus cum
tanto rerum , & obser-
uantiarum apparatu tra-
ditus est Iudæis , haud

Exo. 12. dubium quin & ratio-
nem sacrificij obtainue-
rit , & præcipui Sacra-
menti . Præterquam e-
nim quod in memoria accep-
ti beneficij pro contrito AEgyptiacæ capti-
vitatis fugo instituta fue-
ræ Sacra illa cære-
monia , figuram præfer-
bat Agni nostri immacu-
lati , & immolationis il-
lius in Cruce perficien-
dæ . Ad quam rei veri-
tatem alludens diuinus no-

1. Cor. 5. ster Apostolus : Pascha
(inquit) nostrum immo-
latus est Christus . Ut quod

4

Mat. 26.
1. Cor. 11.

testes irrefragabiles, cum audierunt ex ore Domini: *Hos facite in meam commemorationem.* Vno ore, concordi sententia sibi demandatum fuisse intellexerunt. Sacerdotale munus, ut quod egit illic sub inuoluchris figurorum, quodque iamiam festinabat agere in Cruce offerens semetipsum aperte ipsi Patri, id ageant ipsi quotidiani sacrificijs. Sane quod in libra Geneseos legimus propterea Patriarcham eximiū de filio suo Iuda, seu potius de posteritate illius, in hæc verba: *Lauavit in vino stolam suam & in sanguine vñae palliū suum.* Si Patribus credimus, duo illa in vnum coniunxit, nempe sacrificium altaris & quod in Cruce consummatum est olim diuinum holocaustum. Ut enim materia agnoscamus sacramenti, vi num proprio nomine significatum est: ut autem ve ritatem rei contentæ inspi-

ctamus, sanguinis prænatur titulo. Ulterius quoque conductit nos verbi reciprocatio, dum & sanguis nomen vni sortitur, relatum ad stolam quæ caro est Christi, & vñæ liquor, sanguinis noncupatione accepit, relatus ad indumenta quæ in Passione respersa fuere sanguine Redemptoris. Coniuncta sunt hæc diuino artificio, & metaphoræ locutionis emphasis utrue pariter cōprehēdit mysterium carnis & sanguinis quæ in Cruce fuerunt oblate, quam mysticū saltuum,

Tert. lib.
4. cont.
Martio.
Cypr. lib.
2. Epi. 30
ad Cæs;

sacrificium quod continuè reddit Ecclesia cœlesti Patri in memoriam veteris illius, quod etia & forte manifestius expressum fuisse agnoscunt iude Patres in vaticinio Esaiæ, ubi Saluatoris vestimenta quasi vino respersa depinguntur, & quasi calcantiū in torculari. Et enim ut vini substantia non est potabilis, nisi prius in torculari prematur, ita etiam sanguis Christi prius

de-

debuit in Cruce exprimi, ut in nobis postmodum conferretur in potum: & quia Christus de calice illo biberat prius, ideo nobis in mensa Domini bibendus proponitur, non ab illo alius re ipsa licet aliam præferre videatur imaginem, nam se calcatum instar botri fateatur: Sed torcular (inquit) calcani solus. Nam quod ad priorem hostiam attinebat, spontanea illic patientis voluntas significata est, qua se ulro in morte obiecit: quod vero ad nouam Ecclesiæ oblationem spectabat, opus illic notatum est summi Sacerdotis: qui secundum propriam excellentiæ potestatem novum illuc sacramentum apparabat fidelibus in carnis substantia & sanguine ab illa velut eliquato & expresso. Ideo ipse torcular calcasse fertur, ut ubi Sathanæ potestas & Iudæorum malitia totum negotium operis vendicare videbatur, ibi summa Sapientia nouum

con-

Ezai. 25. faciet Dominus exercituum
in monte hoc conuiuum pinguisum,
conuiuum vindemiae, pinguisum medullatum,
vindemiae defocatae.
Vides pinguedini carnis
velut astre in Cruce, conne-
xum vindemiae conuiuium,

contendebat ut oblatio singularis Christiani populi expectaret vnam Redemptoris hostiam, nec tandi immolareetur in altari, donec immolatus fuisset agnus in Cruce. Nam & ita es ficiendum erat ut identidem repeteretur idem sacrificium in memoria passionis, vnde trahit suam originem, & cum pristino illo vnum & idem esset cuius gerit figuram, & continet veritatem. Idcirco in torculari Crucis apparatus dici mus conuiuum illud corporis & sanguinis Domini, de quo iam olim Esaias Prophetauerat dicens: *Et*

8 iparante hoc conuiuum pinguisum, conuiuum vindemiae, pinguisum medullatum, vindemiae defocatae.

ut profecto agnoscas diuinum commercium carnei cibi cum sanguine vuze, de quonuper loquentem subinduximus Patriarcham Iacob. Hasteus de his difseruit et fuerit, ut videoas non incerte fuisse omissum quod in alio est comprehensum. His & aliud at texere licebit, quod totius Psalmi nervos explicet & astruat compagine in, nos etenim totius argumenti summa in eo positam esse diximus, ut de triumphis hoc loco actum sit pars quidem per Crucem & per meritum acquisitis. Quare nihil mirandum si quod erat passionis exactae & meritoriae actionis transiliens Propheta, ad illud in hac parte se ipsum translulerit quod erat mercedis & premij obtentus per mortem.

CA-

*Ratio alia praetermissæ hostie Crucis. num. 1.**Sacerdotium Christi sine meritis comparatum. ibidem.**Sacerdotij aeternitas sine merito. num. 2.**Sacerdotij substantia & duratio illius non ex meritis. num. 3.**Sacerdotij aeternitas, quomodo cadat sub merito. num. 4.**Sacerdotij aeternitas secundum ordinem Melchise dech sub merito cadens. ibid.**Testamentum nouum quomodo aeternum. num. 5.**Sacrificium altaris exprimit apertius efficaciam mortis Christi. num. 6.**Sacerdotij functio gloria in Ecclesia. num. 8.**Sacramenta e latere Christi diminarunt. num. 9.**Sacerdotij aeternitas refertur ad similitudinem Melchisedech. ibid.*

I **AN** Dicere quoque illud possumus huius etiam versiculi seriem ad eadem tropaea Redemptoris pertinere, ad quae pertinent digesta clausulis alijs, ut & pollicitatio iurata &

aeternitas Sacerdotij etiam secundum ordinem Melchisedech locum obtineat retributionis & mercedis comparata per Crucem. Dixi iam fateor, Christi Sacerdotium coetum esse Incarnationi Domini: & ubi Deus

Deus homo factus prodijt,
illie & mediator Dei & ho-
minum & Sacerdos nouus
donatus est nobis. Et profe-
cto vbi nulla prorsus In-
carnationis merita, nulla
gratiæ propriæ meritoria
opera intercesserunt, nulla
etiam antecesserunt meri-
ta Sacerdotij asequendi:
quis & ea fuere fundamen-
tum & radix totius meriti,
vt non possent ipsa cadere
sub merito: gratis autem ea
omnia nobis donata, media-
tionis, impetrationis, satisfa-
ctionisque principia in illo
esse censentur, ita ut non
diffidamus de tanto media-
tore. Et sic superius dixeram
nus suratum fuisse Christi
Sacerdotium & aeternita-
tem illius: quia nimis ut
aceperimus hominem Deum
cum iure iurando, ita & Sa-
cerdotem accipere debui-
mus, & sicut ex Patru Ca-
tholica doctrina, q[uod] Deus
assumpsit carnem & animam,
nec dimisit unquam, nec
dimittet imposterum: ita nec
coassumptum Sacerdotium

Dam. 3. lib. fid. or. ca. 27 D. Tho. 3. p. q. 50 ar. 2. &

Con-

dimitendum erit ut desi-
nate esse Sacerdos qui & ho-
mo semper erit. Iurata est
humanitas Christi, vt noue-
ris eam duraturam esse in
perpetuum. *Iurauit enim Ps. 131.*
Domini David veritatem
& non frustrabitur cum de
fructu ventris tui ponam su
per sedem tuam. Nec sine
causa iuratum accepimus
Dei Filium in humana sub-
statia, vt discat Hæreticus
non blasphemare, cum ei
post alcensum adimit ho-
minis veram naturam. Iura-
ta est etiam Pontificia dige-
nitas, vt & intelligas in
aeternum permanere quæ-
admodum, toties audisti:
Iurauit Dominus, & non
pœnitabit eum; tu es Sa-
cerdos in aeternum. Et his qui-
dem nemo audeat repug-
nare quasi iam certa ratio-
ne constabilitis & firmo
Pauli testimonio: qui ad
personam Sacerdotis & du-
rationem illius nos redu-
cens; *Eo quod maneat (in-*
quit) in aeternum sempiter-
num habet Sacerdotium.

Hebr. 7.

2

3

Consecuta est enim Pon-
tifica dignitas esse huma-
num, & subsequetur in po-
sterum, vt qui nunquam
homo esse desinet, nun-
quam maneat Sacerdotio
spoliatus. Verum si libenter
me audias, dupli ex no-
mine deprehendes tamen sancte
confirmatam in Christo
aeternitatem Sacerdotij
Christi, vt & sine meri-
to illud acceperit, & per
meritum obtinuerit, quod
alioqui debebat ei. Sub-
stantia Sacerdotij cum
eius perpetuitate expers-
fuit meriti, quemadmo-
dum Incarnatio, & car-
nis humanae perpetua vnio
ad Verbum. Eadem et-
enim gratia ille nobis do-
natus est in Pontificem,
qua factus est homo, non
ex operibus quæ fecimus
nos, neque vero ex pro-
prijs quæ ille antea fecis-
se censeatur. Atvero cum
aeternitas Sacerdotij ad ef-
fectum præcipue referri
debeat, quemadmodum
in superioribus animaduer-

4

Esa. 53:

S tui

tui Militantis Ecclesie hostia hæc redditæ Patri cœlesti secundum ritum, & formam sacrificij Melchisedech. Meruit ille suam morte quod semper ea vicit. inā, cuius & ipse oblator est, permaneat in Ecclesia, ut & in illius administracione possit nuncupari Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Ut enim calix dicitur esse noui, & æterni Testamenti, cui & coetus eius in usu sacramenti, & Testamentum legis nouæ appellatur æternum, quia & ei nullum aliud succedit: ita & Pontificiam ministerium qua secundum ordinem Melchisedech æternū fore prohibetur: quia ei nullus nouis ritus succedit, sed sacerdoti permanebit quod perdurabit status legis Euangelicæ. Ecce quin modo inter egregia Redemptoris præmia, & hoc ipsum adscribitur quod de Sacerdotio subillatum est à Regio Propheta, & ius-

ratum fuisse assertur ad astraendam fidem, fiduciæque tam perpetui effectus ex Sacerdotio prouenientis, quam perpetuae durationis in una Mediatoris hostia, quæ non erit eousque finienda, donec finiantur lux & tenebrae. Quia ergo de ihs suscep- rat tractationem Psaltes noster, quæ Christus per Crucem acquisierat sibi in- ter quæ id vnum est quod ad æternitatē spectabat Sa- cerdotij, iuxta quæ in mo- do annotauimus, idcirco insinuauimus. Cantici re- servans quoderat merito- riae operationis per Cru- cem, hic quod est retribu- tionis, & mercedis recen- set dices: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordi- nem Melchisedech. Prä- tereo interim, & ratio- ne alteram commutare phrasim huius, nimis quare à cruenta hostia ad in- cruentam declinatum sit, ubi Sacerdos nobis des- scribitur secundum ordi- nem

nem Melchisedech. Iau- enim in superioribus an- notauimus efficaciam Pas- sionis, & mortis Christi ea in re maxime relucere, quam olim exhibuit Sa- cerdos Melchisedech. Ac subiude ibi præcipue ape- situr mysterij magnitudo, ubi Christus pronuncia- tur Sacerdos secundum or- dinem Melchisedech, qua- si panem, & vinum offerens, vere autem non panem, & vinum, sed sub illis accidentiis integrantibus corpus suum, & sanguinem efficiens ho- stiam, ut pax, unio, conuen- tio populorum in eandem Ecclesiam, ac demum cœle- sis regionis sempiterna co- cordia, & unitas per Crucem efficta designetur. Sed & aliud est quod in hac parte denotatum agnosco, dum transitus fit à sacri- ficio cruento ad incriuentum, & pronunciatur Christus Sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Inficiari nō possumus aut abnegare Sa- cerdotis officium exercitu in Cruce. Ibi enim idem ip- se Sacerdos, & hostia sese obtulit immaculatum Deo, ut expiatet crimina, & gra- tiam nobis conciliarer sem- piternam. At vero res olim difficultis erat creditu, nimirum ad Sacerdotij mu- nus pertinuisse quod actū est in tantis opprobrijs, concitatisque tumultibus Iudeorum, & Gentium. Quia ergo sacrificium il- lud toti Salvatoris contum- lijs obsecratum fuit, fit quadam peculiari ratio- ne, ut multo magis res- plendeat, & sacrificij for- ma & functio Sacerdotij in eo quod agitur perpe- tuum in Ecclesia. Nam quod illic in ignominia gestum est, hic recolitur in multa gloria: & quod illic sub tor- mentis, contumelijisque oc- cultatum delituit, hic cum frequenti lætitia fi- delium profertur in lu- cem, ut maiestate agnoscas siue offerentis semetipsum

in Cruce , sive corporis, & sanguinis sui sacramenta celebrantis in altari, quo sic dicitur Sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Vbi etiam piam Psalmis nostri solitudinem pro astrenua gloria Redemptoris animaduertere licebit , dum ad id se se conuertit exarandum quod inclytum est & plenum Diuini splendoris, ut & id quod in glorium , & obscurum videbatur, claritate huius eximij sacrificij, omnino congeget. Etenim huc etiam allusus Malachias Propheta, vbi ad diuinum nominis illustrem fulgorem pertinere intellexit, quod agitur in quotidiano altaris sacrificio. Cum enim Iudeorum sacrificia reprobata esse decerneret ex ore Domini, ad unam se contulit altaris hostiam celebrandam in Christiana Republica. Ab ortu Solis (ait) usque ad occasum magnum est nomen

9

meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatione munda. Profecto vaticinium hoc iuxta communem veterum omnium Patrum a temporibus Apostolorum interpretationem de celebri sacrificio corporis, & sanguinis Domini accipiendo est, ut eadem sit gloria hostia Redemptoris mortalium qui simul Sacerdos, & sacrificium est, & Patri cui offertur nomen pariat apud homines sempiternum. Initia quidem laudes, & gloria a Cruce de August. sumpta sunt: quia de latere dormientis in Cruce Ps. 138. Redemptoris dominarunt & in & sacramenta omnia, & Ioan. virtus sacrificij. Verum & erat. 9. gloria haec posteriori ser. 12. in uatur temporis quasi profect. 9. & c. renda in posteru singulari. 38. & c. totius Christiani Orbis in quadam locusto. Hanc tamen ratione in fortius premere Mis. & oportebit, ut patet nobis Clem. de evidentius, quod audiui. Summ. Trans. enus

Malac.
8.

mus ex ore Prophetæ Regij, dum ait: Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Nec enim tantum retulit Pontificium Redemptoris ad similitudinem antiqui Sacerdotij, & sacrificij: sed etiam aeternitatem Sacerdotij annotauit secundum quam Christus ad veterem illū Sacerdotē confertur, aut ille ad Christum. Nam de illo iam pronunciatiū audiim⁹ ab Apostolo, quod Hebr. 7. assimilatus Filio Dei maneat Sacerdos in aeternū. Age vero & illud, si placet, ostendamus, quomodo aeternitas haec explicata sit sub schemate ac typo Sacerdotis Melchisedech.

CAPITVLVM XXV.

Func̄tio Sacerdotij aeterna in Christo. num. 1.

Sacerdotalis functio quomodo aeterna. num. 3.

Christus oblator sacrificij in altari. num. 4.

Christus secundum ritum Melchisedech Sacerdos in aeternum. num. 6.

I ORTE quispiam ita censeret de Reparatore Orbis terrarū, quasi iam ille requieuisse ab opere, & negotio suo quod gessit in hominibus. Nihil enim in externa operatione videbatur ei superesse faciendum, qui semel pro peccatis se obtulerat. Nec eandem victi mādenuo putaretur oblaturus, qui una hostia consummasse dicitur in aeternū sanctificatos. Voluntarie (ait Apostolus) peccatis nobis post acceptā notitiam veritatis, non relinquitur pro peccatis hostia: Nimirū quia Christus se

S 3 mel

Heb. 10.

melioris, & à mortuis re surgēs, iā non moritur. Vide autē huic hominū cogitationi occurritē Prophētā eximiū, vt exactius nobis exponat amplitudinem latitudinēque diuini Sacerdotij quod in Christo deditū est. Etenim vt omnibus efficeretur dilucidum, quomodo Redemptor datus sit Sacerdos in eternū, imo & æternā habeat functionem Sacerdotij, statim priori verbo illud annexare curauit, nimirū ut doceret illū esse Sacerdotē secundū ordinē Melchisedech. Ita nempe philosophatus fuisse videtur Prophēta Regius, ac si dicaret Agnoscō plane Pōificē magnū inter Crucis opprobria peragere quid est humanæ salutis. Agnoscō purpurā Regia: Cīdārī & corona Imperij alterius contemplor. Sed & Sacerdotale insula quā perficitur in Cīuce sacrisicium insigne, supplex adorō velut administram Redempcionis patrandæ,

Victimam illie plenam virtutis intueor ad crimina vniuersa delenda, ad gratiam reconciliationis obtinendam, ad perfectę immortalitatis conferenda munera, ad perennis beatitudinis gloriam elargiendam hominibus. Non est quod desideretur in hostia: nihil deest plenitudini holocausti. In unam victimam coaceruatum esse intelligo quidquid ad perfectionem attinet Sacerdotalis functionis, vt in eius morte resplendeatur quod a Patre accepit sub iure durando in Pontificali dignitate. Ibi æternā inspicio efficacia immolatiij sanguinis, vt vel ex hac parte Sacerdotij æternū sit quod coetera pollet virtute. Sic nāque Sacerdos in æternū est qui nō tantū in semetipso vnitā habet immortale & vunctione perpetua, verum etiā in hominibus interminabile vim obtinet, & vt ita dixerimus, efficientiam, unde sempiternū appelletur.

Est

Est tamen, si idem Propheta, sacramentum aliud appendix illius quod in passione gestum est, inde suā trahens originem & operationis efficaciam, mysteriū est inquam, cibarē demū diuīdem hostiæ sub nouis rerubī imaginibus, in qua præcipue reluceat æternitas Sacerdotij Redemptoris, dē quo pronunciatum ex ore Patris audio; Tres Sacerdos in æternū secundū ordinem Melchisedech. Vide autē in hac parte miram connexionem vtriusque asserti, dum & Christus esse perhibetur Sacerdos in æternū, & secundū ordinem Melchisedech. Pontifex futurus esse pronunciatur: nam si æternū vocari solet quod est coeū alteri & simultaneū dūratione: si æternitatis appellationem vendicat sibi quod alterius substitutione abolendum nō est, profecto Sacerdotalis functione Redemptoris & sacramenti altaris, ambo debe-

bunt æternitatis nomine p̄xnotari, tandem enim permansura sunt hæc quandiu perdurauerit Ecclesia, quæ Christi corpus ell in terris: & nunquā posteriore alio vel Pōificatu vel ritu nouę hostiæ abroganda erunt in Repub. fidelium vere Sacerdos est in æternū secundū ordinē Melchisedech, qui & seipsum in coena ultima hostiæ exhibuit Patri cœlesti sub figuris panis & vini, & eadē perpetua obseruatione celebrādam reliquit Chry. oratione demū Ecclesiæ dilectę, tiene 4. aduers. Ind. Epiphani. lib. 2. cō. Hæresin. 55.

4

S 4 Enim

Enimvero qui holocaustum hoc cōculit Ecclesiæ, non eare contentus fuit ut ex hominibus designaret ministros, per quos sacra hæc perficerentur mysteria: quin potius eiusdem ipsius victimæ iuge, ac perpetuum ministerium sibi arrogare voluit, ut qui Sacerdos erat secundum ordinem Melchisedech, non semel, sed iterum, atque iterum, sed & in æternum, ut iam explicuimus, redderet Patri mysticum hoc sui corporis & sanguinis sacrificium. Et qui semel oblatus in Cruce, per sanguinem suum reconciliauit sibi vniuersa, se

Amb. li. 1. offic. c. 4⁸. Euf. Ca- Euange. t. 3. An-

ipsum identidem immaculatum efficit hostiam, ut ad destinatum finem & effe- sum perducat causam re- demptionis, quam olim ab demonst. soluisse videbatur in ligno. Nequevero ministerium hu- gusti lib. ius nomen & rem adscribe- 10. de Ci re formidamus excelso Re- uit. Dei. déptori: quoniam licet propriæ potestatis excellētia & sacramentū & sacrificium al-

taris cōdiderit, cōtuleritq; nobis: nihil tamen propriæ dignitati detractū putat si se victimæ huius administrū exhibeat. Etenim qui se ut ministrum hominum aduenisse perhibuit, imo & in cœlis ministraturum se electis affirmat, quid erubescat sacrificij ministerium, quo non hominibus deseruitur, sed singularis honor exhibitetur Deo? sanè quatenus homo est & Sacerdos in æternum, qua etiam ratione causam nostram semper agit apud Deum, nihil prohibet ut eundem ipsum ministrum Dei faciamus in altaris holocausto. Quem enim perpetuum interpellatorem apud Patrem & mediatorem esse dicimus humanæ salutis, imo cui & non men accommodamus Sacerdotis æterni, quid mirū si & ministerium donemus peragendi sacrificij ad eundem finem reconciliatio- nis humanæ? Nam ut de re ipsa faciamus sermonē, & valere sinamus disputa-

Mat. 20:
Luc. 12:
G. 22.

tio-

tionem de nominibus, planè administrationem hanc denegare non possumus Redemptori mortaliū: qui ut salutis nostræ olim mediator fuit, ita & omnem in posterum perfectionem salutis vendicat sibi. Et quæ Heb. 10. admodum iuxta vocē Apostoli: *Oblatione una consummavit in æternum sanctificatos*, Ita eadem hostia licet sub diuerso schemate ab eodem Sacerdote repetita, quasi ad effectum perducitur, quod habuit virtutis in se reconditæ oblation illa pristina. Noli, ô vir Catholice, noli existimare de Redemptore mortalium, quod tunc tantum Sacerdotale munus fuerit executus cum in Cruce se obtulit, aut cum noui Testamenti ministros huic sacrificio delegauit, in suum commemo rationem illud, ipsum peragi præcipiens. Non statim credas Pontificio munere fuisse defunctum, qui & Sacerdos in æternum, & secundum ordinem Melchis- fedech Sacerdos esse per- hibetur. Non cessauit opus illius cum temporario interitu Redemptoris in Cruce: nec ad dexteram Patris residens obliuiscitur eius quod semel cœperat. Non inquam, totum negotium administrationis huius ita demandauit hominibus, ut à se pro rōsus ablegari, abdi caueritque salutaris huius hostiæ tam excellens ministerium: non ita voluit rem magni momenti committere mortalibus, ut ipse ab eodem opere in æternum permaneret immunis: quin potius semetipsum quotidie non unius, aut alterius, sed complurium, sed omnium Sacerdotum manibus offert suo Patri, & eidem sacrificio, quod ab hominibus reddi conspicis, administratione sua ini- rabilem præstat ef- ficaciam.

(e)

S

CA.

CAPITVLVM XXVI.

Apostolicus sermo de cruenta hostia. num. 1.

Oblationis Christi virtus & efficacia. num. 2.

Christus manibus Sacerdotis se offert Patri. n. 3.

Christus Sacerdotio fungitur secundum ordinem Melchisedech. n. 5.

Legis & Sacerdotij commercium. n. 6.

Sacerdotij administratio coæua Legi. ibid.

Calix noui & aeterni Testamenti num. 7.

Traditionum fides & authoritas. ibid.

Traditiones c. Apostolicæ ab Ignatio in compendium redactæ. num 8.

Formæ Sacramentorum ex traditionibus habetur. n. 9:

Ecclesia in omni statu traditionibus gubernata ibi.

Apostolicus sermo de notitia supernaturali. n. 10.

Redemptoris antiqua notitia. ibid.

Agnus occisus in imagine. ibid.

Status legis naturæ non fuit absque præceptis supernaturalibus. n. 11.

Apud Iudeos multa accepta per traditionem. ibi.

Arcana intelligentie ortus. num. 11.

De Sacramento Eucharistiae multa per traditionem habentur. n. 12.

I  VID nouas columnias struis, o
ce, vt ei sacrificium altaris
de medio tollas, & nobis
tripias Sacerdotem in æter-
num

Heb. 10.

num, cuius perpetua sit fun-
ctio secundum ordinem Mel-
chisedech? non abnega q
ipse mihi obiçis ex Aposto-
licotestimonio, vnā esse ob-
lationē quanegotiū huma-
næ salutis consummatū est
in Cruce, nec alia superes-
se quasi subrogatā hostiam
quę offeratur pro peccatis.
Verū & illud su mihi vicis-
sim dona, sermonē illic in-
strui de oblatione Crucis,
& mortis iteratæ, nō de in-
cruento sacrificio, quod redi-
dimus in altari. Deinde &
non alia esse hostiā fatere,
quę idē ipsum redēptionis
pretiū exhibet in altari, q
Filius Patri quondam obtule-
rat in redēptionē pro mul-
tis. Noli Christiano popu-
lo insidere, ac subtrahere
bonū tam ingens: nec iau-
rius esse audeas benignita-
ti immēsæ Patris cœlellis,
qui Filii suū in hoc vnxit,
& destinavit mundo Sacer-
dote æternum secundum or-
dinē Melchisedech, vt non
modo institutor esset diui-
ni sacrificij, verū etiā obla-

tor. Er quonā impensa mu-
neris largitas pertinuisse
credenda est? nimirum ut
ex vtraque parte vim am-
pliorē habere crederetur
victima salutaris, & tam ex
offerente, quam ex ipsa re-
oblata maior esset impetra-
tionis certudo & opera-
tionis efficacia. Non est
quod in his confirmandis
longam morā trahere ad-
nitar, quę ab hinc mille
quingentis annis vix un-
quam in cōtrouersiam re-
uocare ausa est hæretica
impietas. Nā de sacrificio
Mediatoris vtramque veri-
tatem complexa est sem-
per Ecclesia Catholica, &
quod verè in illa celebre-
tur sacrificiū hoc pro viuis
& mortuis, & quod idem
sit secundum rei conten-
tæ substantiā, quod illic of-
fertur cū eo quod Christus
Patri quondam obrulerat
in Crucis patibulo. Nos au-
tem & alio contendebam-
us, nempè vt Christum
suimet corporis & sanguini
oblatorem faciamus:
quod

3

quod etiam apud omnes Catholicos indubitatum est se censemus. Iam igitur ut ad te, o vir Fidelis, conuertamus sermonem, cum sacra in terris peragente conspexeris miserum hominem, non tam ad eum quem corporeis oculis intueris intende, quam ad supernum illum Sacerdotem qui à dextris Dei sedet, hic enim quem vides, quasi instrumentum instrumentum est illius summi Sacerdotis, qui ministerij huius præcipuas partes arrogat sibi. Idem ipse qui se hostiam effecit & 83. in pro nobis, præcipuus est Mat. & oblator corporis & sanguinis sui in sacramento 2. ad Ti. viuifco, ut spem inelutabili. Etabilem concipias adipiscendæ salutis, qui tantum adesse tibi mediorem perpetuum agnoscis, etiam in sacrificio admirabili. Qualem rogo, habebit efficaciam cœlestis mysterium, ubi Christus est hostia & idem ipse

Chrysost. bom. 51. & 83. in

Mat. & bom. 2. in 2. ad Ti. meth.

Sacerdos, suum Patri corpus & sanguinem offerens, ac denuo ipsum met Redemptoris pretium eidem Patri in ara materialis templi identidem ostentans. Aut quid Filio pro peccatis & salute mortalium, offerenti semetipsum denegabit Pater misericordiarum in excelsis, qui ad hoc sibi Sacerdotem consecravit secundum ordinem Melchisedech, ut perficiat opus salutis in nobis usque ad consummationem saeculi: nam & sic Sacerdotem in æternum secundum ordinem Melchisedech illum esse intelligimus, ut æternam dicatur habere administracionem sacrificij ad normam Sacerdotis antiqui, æternam in quam, donec durat Ecclesiasticæ huius Hierarchiæ religio in terris. Et ne villa prorsus ratione tergiversari valeas, aut inficiari veritatem hanc, nimur quod sacrificium

al.

4

5

6

altaris Christus ipse perficiat quasi ex proprij Sacerdotij munere diligenter inspice duo illa in unum fuisse coniuncta, nempe ut & Sacerdos in æternum dicatur Christus, & simul secundum ordinem Melchisedech. Vbi enim simplex æternitas Pontifici nostro fuisset attributa, facile persuaderemus nobis æternitatem hanc referri tantum ad effectum perpetuum Sacerdotij Christi, siue ut plurimum ad perpetuam durationem personæ cum Pontificia dignitate sua. Vbi autem in æternum Sacerdos esse describitur secundum ordinem Melchisedech, alio præterea referre cogimus se in æternitatem hanc Sacerdotij Christi. Tu es (inquit) Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Sacerdotij æternitas non qualislibet, sed secundum ordinem Melchisedech hoc ipsum præferset quod astruere molimur, nam ut ministerium

hoc perpetuum est futurum, nec alia noua lege vel Sacerdotio succedente abolendū, quod sub typo Melchisedech perficiuntur sacrificium in Ecclesia: ita & illius Sacerdos in æternum perpetuam habiturus est eiusdem hostiæ administracionem usque ad finem saeculi. Iam enī coœqua est Sacerdotij functio secundum ordinem Melchisedech, du rationi huius in terris sacrificij. Et quemadmodum in huius diuinæ hostiæ institutione sanguis dicitur noui & æterni Testamenti: ita & ipse qui novi Testamenti mediator est & nouus in carne Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, æternam debet habere functionem Sacerdotij, quod legem, seu Testamentum consequitur, nam & Sacerdotium ipsum & executio Pontificie dignitatis nunquam aboleri conspicientur velut antiquata & ob suam vetustatem consumpta, nunquam alijs cuiuspiam sub-

subrogata nouitate extinguentur. Sacerdotium enim & lex se mutuo videntur consequi, iuxta vocem Apostoli. *Quia translato est ut legis translatio fiat. Et si Christi Sacerdotii etiam limites legis, quae nuncupatur hic Testamēti nomine, videtur transcendere, saltē Sacerdotalis administratio coetanea erit legi & simultanea in duratione.* Ideo calix & ritus admirabilis huius sacrificij componitur cum novo & aeterno Testamento, ut sicut illud aeternitate sua nitet, resplendetque, ita & Pontificia dignitas & illius executio, seu functio sacerdotalis ut minimum polleat eadem aeternitatis ratione. Video autem egregie insurgetem, aduersantemque in hi virum haereticum, ubi semel, & iterū auditime huic testimonio in cumbentem. Ais enim te in Scripturis Testamenti nouitatem legere, de aet-

nitate autē nihil illic deprehendere. Vnde igitur ineſ sit Ecclesiæ noua hæc religio in sacramētorum viſu, vt quod nec Euangelistæ cōmemorat, nec Paulus inter enarranda quæ ad cœnam illâ Dominicam pertinabant, ipsa sibi usurpet sine causa, & tu illud profacio testimonio inuherere adnitaris? bene habet; nec refugio dissolutionem obiectionis, quo tibi satisfaciam & inseruam tempore. Res hæc in controversiam euocata à nouis Dogmatistis magnum facessit negotium viris Catholicis ad afferendam veritatem Apostolicarū traditionū, quæ à Christo & ab illius Spiritu immediate acceptæ, per continuam successionem Patrum, ad nos deriuatae sunt & transmissæ. Et longam quidem illius quæſtionis trationem priscis, recentioribusque huius temporis scriptoribus relinquētes id agemus ut & consulamus

7

8

mus breuitati, & ne nihil dixisse videamur, soluamus in compendio difficultatis huius nodum. Same post Dionysium Areopagitam, Anacletum Ignatius pain, Ignatium Ioannis epist. ad discipulam, qui Apol. Trel. & stolicas traditiones insum. Epis. ad Irenæum redigens eas omnibus Ecclesijs tenendas, conservandasque tradidit, post Irenæum, Tertullianum, Origenem, Alexandrum, Athanasium Ambrosium, Augustinum, Hieronymum, Basilium & proisque alios fideles antiquitatis testes, delata res Innocentij ca. cū Mat. de cele. Mis. est ad Innocentium Territorum & authoritate maiorum & diuinarum Scripturarum attestacione nobis efficit manifestam multa fuisse relecta Ecclesiæ, tam in verbis, quam in gestis Redemptoris, maxime autem in ijs quæ ad sacramenta pertinent, quæ nec ab Euangelistis, nec ab Apostolis sunt conscripta, sed quasi in fideicommissum tradita Episcopis, de manu in manum ad nos peruererunt, nam & Ioannes ad calcem sui Ioz. ult. Euangelij testatur non portuisse omnia illa in compendium Scripturæ colligi: & Paulus ad Thessalonicenses scribens tenebit ab Ecclesijs non tantum ea quæ Scripturis commendata sunt, sed etiam ea quæ simplici verbo ipse docuerat: *State (ait) & tenete traditiones quas didicistis sive per sermonem, sive per Epistolam nostram.* Imo vero cum & de sacramento Eucharistia, & forma sacrificij offerendi latius differuerit; *Cetera (inquit) cum venero disponam.* Quid igitur oblitat, quominus inter traditiones illas nudis sermonis, de quibus mentionem fecit scribens ad Thessalonicenses, & interea quæ dispositurum se proficeret in aduentu ad Corinthios, censeantur hæc quæ ad formas sa-

2. Thes. 2
1. Cor. 11

cra:

9

cramentorum spectabant, quale id est quod habemus in manibus de Testamenti aeternitate, & quod per modum adjicitur in verbis consecrationis; nepe, *My fieri fides?* neque vero res est nouitia, quam ex doctrina Patrum ad Apostolos & Christum referimus, imo & quæ ab initijs saeculorum suam traxit originem, ut perpetuo regere cur Ecclesia traditionibus antiquis, etiam sine Scriptura retentis, acceptisque & transmissis quasi per cannales & traduces ex viris sanctis & diuinæ legis peritis. Quis ignorat veterem illam Ecclesiam, quæ in Abel iusto cum ipsis primis parentibus cœpit, illustratam fuisse a diuino Spiritu, ut agnosceret ex lumine supernaturali quæ traderet posteris tam scitu necessaria, quam ea describit Apostolus? *Crede re (inquit) oportet accedentem ad Deum, quia est, in quicunquebus se remuneratur sit.* Quod si doctrina

hæc defuisset in populis, qualis accessus ad Deum patuisset, cum ille non sit nisi per fidem & charitatem. Iam etiam unius Mediaoris cognitio per quam illa remuneratio esset comparaanda, qui & nos à culpa tantum originali, quam actuali esset erexitur, ex eadem majorum traditione habenda fuit, si enim fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi, oportuit à primis parentibus succedanea transmissione deduci hæc ad ceteros, ut non aboleretur scientia eorum quæ tamen in rem erant universorum mortalium, nam & primores in Ecclesia qui ceteris præficiabantur Doctores, pleniores, explicatores que notitiam habere debuerunt, maxime Redemptoris efficiendæ per Christum, de qua & aliis docerent, & in fide illius peragi inteligerent quidquid est remissionis in peccatis, quidquid est iustificationis in hominibus. Huc enim sacramen-

ta

& sacrificia cotendebat, & figurarum involucra illud praesignabat, ut & sic accipiamus verbum Apocalyptis de libro vita agni, qui occisus esse perhibetur ab origine mundi. Occisus est sub imagine Redemptor saeculi à principio saeculorum: occisus est filius in servis, qui & pro eis seruus effectus est, filius quidem proprietatem generationis divinità, seruus autem conditione humanæ substantiæ. Hæc & his similia non scripto, sed verbo tenus accepta recipiebantur à fidelibus, & sub deposito conseruata emittebantur ad posteros. Postremo quis homines illius status exortes fecit legis supernaturalis, & praceptorum fidei, spei, charitatis, penitentiarum, & aliorum id genus, cum illis ademptis nullus pateret eis aditus ad salutem? Hæc autem non addiscabant homines ex mortuis scripturis: sed

Ambr.

Epist.; 2

T si

Ambr.
lib. 3. de
Abrahā
cap. 9. &
Epis. 77.

12

si Patribus credimus ex maiorum plenitudine ad ipsos dimanavit, & à septuaginta illis senioribus, quos tempore Moysi repleuerat Dominus Spiritu sapientiae, & intellectus. Unde ortum est quod in Hebræorum commentarijs multa deprehendantur de Trinitate Divinarum personarum, de Incarnato Verbo de sacramento Eucharistie, aliisque mysterijs. Ex quo thesauro, & veteres Philosophi mutuati sunt ea, de quibus supra naturæ vires disservisse cōperiuntur. Hæc in novo Testamento facilius demonstrantur, vbi tam largiter emanarūt putei aquarum cœlestium, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. Verum hæc omnia transcurro, quia obiter

in hunc locum incidimus: de quo vix aliquam attigimus particulam, vt breuitati consulamus. Non potuimus autem pauca hæc silentio præterire, quod in Sacerdotio Christi, sacramento altaris, sacrificio Missæ multa per traditionem accepta sint, quæ apud omnes rata & constabilita esse volumus. Ideoque nobis pius Lector ignoscat, si tanti ei filium orationis abrupisse videatur, vbi tanta nos coegerit necessitas, vt de his non nihil dixerimus. Iam vero ipsa res postulat, vt receptu canamus, nec progrediamur ultra in enarratione mysteriorum sanctorum, quæ verbis nostris, & nouæ meditationi finem impo-nunt.

CA-

CAPITVL. XXVII.

Lutherani detrahunt veritati sacrificij. nu. 1.

Sacrarum rerum injuria ob iniqüitates permisæ. num. 2.

A Christo auferri dicitur sacrificiū Ecclesiæ nu. 4.

Sathanæ sollicitudo in aboloēdo sacrificio Ecclesiæ. num. 5.

Lutherus via aperuit erroribus circa Eucharistiā. num. 5.

De Eucharistiā rerum monstra. num. 6.

Sacrificiū altaris nō aboloēdu in uniuersum. ibi.

Christi prouidentia super sacrificio suo. num. 7.

Tobiae pietas & religio. num. 8.

Danielis & sociorum constantia. ibi.

Fidelium constantia. num. 9.

Iurisiurandi religio cadens super æternitatem oblationis. num. 10.

I

DN vobis, o viri quod tanti fecit diuinus Spiritus, quod eodē spiritu illustratus tradidit nobis Propheta Regius. Habemus illo teste Principem excelsum iustitiae, & pacis ac sunul Sacerdotē æternū, qui sui corporis, & sanguinis sacra

menta quotidie perficiat in Ecclesia, eaq; offerat pro salute nostra sub alienis speciebus, vt ritui Melchisedech congruere videatur. Nā & sic illa continentur sub inuoluchris peregrino rū accidētiū, vt substantiam in se habeat rerū earū, quibus ipse Christus operatus

T 2 eit

est in Cruce Redēptionem.
æternā. Faceſſant nouoru
hærericorū ſigmenta : qui
& veritati ſacrificij detra-
hūt, & authoritatē, æterni-
tatēque Sacerdotis noſtri
eneruāt, dū eū ſecundū or-
dinē Melchizedech Pōtiſ-
cē factū eſſe in æternū diſfi-
rētur. Re nāque ipſa inficiā
tur veritatē hanc qui ſingu-
lare ſacrificiū Ecclesiæ Ca-
tholicæ, cuius Christus au-
tor, & cōſumimatoſ eſt, de
medio tollūt. Et quidem fa-
teor ab ante ſignanis Anti-
christi, qui & adhuc myſte-
riū operatur iniquitatib, cō-
culcanda eſſe ſancta, & di-
uinā hanc hostiā Christia-
næ Reipub. abolendam ex-
parte in regni perfidiæ.
Quod potiſſime ſub æuo in
felici filij perditionis even-
turum prædixerat Daniel
Propheta, loquens de cor-
nu illo modico quod eru-
pit in magnum, & ſupra
inodum exaltari cœpit ad-
uersus dominatorem cœ-
li Etenim v: iam annotau-
imus, quod ſub typō Antio-

chi gestum fuit iuxta Da- Dan. 8.
nielis vaticinium, id maxi- Glos. In-
me ad impia facinora Anti- terli. &
christi pertinere comper- Ord. Da
tum est secundū Patriū co- ni. 8. &
munē regulam de capite, 11. & ibi
& membris. Sic vero habet Hieron.
Danielis prophetia de cor Greg. lib.
nu illo. Et magnificatū est cap. 14.
33. mor.
vsque ad fortitudinem cœli,
& deiecit de fortitudine,
& de stellis, & cōculauit
eas. Et vsq; ad principē for-
titudinis magnificatū est:
& ab eo tulit iuge sacrifici-
cium: & dederū locum san-
ctificationis eius. Robur au-
tem datum est ei contra iu-
ge sacrificium propter pec-
cata. Sane interpretatio
Gabrielis satis exprimit eū
fore Antichristū, de quo vi-
sio illa texebatur. Cōsurget
(inquit) rex impudens facie
& intelligēs propositiones:
& roborabitur fortitudo
eius, sed non in viribus
suis. Et supra quam cre-
di potest vniuersa vasta-
bit, & prosperabitur, &
faciet. Et interficiet ro-
bustos, & populum sancto-

rum secundum voluntatem suam: & dirigitur dolus in manus eius: & cor suum magnificabit: & in copia rerum omnium occidet plures: & contra principem principum cōsurget: & sine manu conteretur. Hæc eosq; digesta sunt ut videoas verba propheticæ visionis maxime pertinere ad nouissima tēpora, in quibus reue labitur homo peccati cīes bellum aduersus Principē Principum, & Dominum dominatiū, nevīpe Christum in cœlis triumphato rem, ut demum sine manu conteratur. Nam eum Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Veniamus autem ad id quod erat nostri instituti. *Ab eo, ait, tulit iudee sacrificium: & datum est ei robur contra iudee sacrificium* propter peccata. Non censuit esse prætereundū silentio supernus spiritus, q; ad asserendum honore, & gloriam victoris Christi pertinere videbatur. Quia enim non nihil con tumelia in Christum Sacerdotem æternum refundi censem dū erat ex ablutione perpetui sacrificij, cuius ipse autor, & consummator est, illud adiecit Daniel secundum eundem spiritum prophetiæ, vt dicaret ob id roboratam fuisse fortitudinem impietatis in auferendo ab Ecclesia perpetuo sacrificio, nimirum quod iniquitates mortaliū id sibi promeruerint mali. Nam & ita prossus ut vindicaret ab oppobrio Dominum maiestatis autor secundi libri Machabœorum in congregatis abominationibus Templi, consimilem permisæ impietatis causam ex hominibus protulit in medium dicens: *Verum non propter L. cum, 2 gentem, sed propter gentem, locū Deus elegit. Ideoque & ipse locus particeps factus est populi malorum.* Sane quod postmodū explicatur, ex ira Dei omnipotentis, & propter peccata hominum decessit Tē

3

5. The

T 3 plum

plum , & in eo reportitur abominationis desolationis. Sic etiam robur datum est hominibus ad exterminium iugis hostiæ propter peccata fidelium. Et hæc obiter annotata sufficient , ut ad rem accedamus. *Talit*(inqit) *ab eo iuge sacrificiū*: Quid est , quod à Principe fortitudinis auferendum esse prædictitur sacrificium alioqui perpetuo ritu celebratum in regno fideium? Cum enim hoc sit unicum , & singulare holocaustus Christianæ religionis , non eo verbo rem expressit spiritus Domini loquens in Daniele , vt dicceret ab Ecclesia fore auferendum iuge sacrificium : sed *Ab eo* , ait , *talit iuge sacrificium*. Quid , *ab eo* , nisi à Principe fortitudinis , qui & fortis præliator & Dominus virtutum esse perhibetur ? Ipse nimirum est Princeps fortitudinis , qui superata potentia infernorum spirituum sedet ad dexteram Majestatis in ex celsis. Quid est ab illo auferri , quod traditum est Ecclesiæ , quod communis erat ministris novi Testamenti? Ab eo plane ablatum esse dicitur , qui ex propria dignitate Pontifícia , ex continua functione Sacerdotis hoc vendicat sibi , ut quotidie iuxta ritum Melchisedech , semetipsum offerat ipsi Patri cœlesti. Idcirco singulariter ab eo dicitur auferri , non tantum quod ipsius sit hostia , siue quod ipse in ea perpetuo immoletur cum celebratur in Templis , verum ob id præcipue quod ipsem Christus perpetuam habeat administrationem eiusdem victimæ. Nam & nos ob eam rationem appellari diximus Sacerdotem in æternum secundum ordinem Melchisedech , quod coæterna sit & sacrificio , & Ecclesiæ Militanti Christi administratio. Putas ne Sathanam dormitasse adhuc in re quæ habet tantopere inuisam sibi?

sibi ? Imo vero quasi ad extrema properans , & modicum tempus sibi dari ac restare conspiciens , in eo negotio suos omnes neruos intendit , ut aboleat à regno Ecclesiæ hostiam singularem. Et modestius quidem aut certe minus immodeste Martinus Lutherus exorsus fuerat etiam oppugnationis huius : qui & sacramenti virtutem & rei contentæ veritatem professus , ad exterminandam sacrificij rationem se contulit. Sed & ille varia errorum nouatione viam aperuit suis discipulis ad alia impia commissa subinducenda. Iam vero & illo viuente , & vita defuncto insurrexere Sacramentarij , qui & veritatem corporis , sanguinisque Domini abnegarent , & vim sacrificij adimerent huic sacro mysterio. Ille professione sacramenti & presentiæ corporeæ , quæ hic adest carnis & san-

ut publicis edictis sacrificiūm hoc ex proprijs Regnīs depellant, & obtentum est ex parte quod omni conatu attentauit Sathanas . Ne autem & tu suspiceris hanc ipsam munitis sacerdotiis executiō nem, vel abrumpēdā prorsus , vel interrumpēdām his calamitosis temporibus , illud etiam animaduertisse non tēdeat in Danielis testimonio. Cum audis auferendum esse iugisacrificium, imminentio quidem erit infrequentia victimarum: non tamen abolebitur invniuersum offerendi religio . Nec fas est vniuersalem abolitionem sacrificij comminisci, quasi apud omnes gentes, & ubique terrarum abroganda , exterminanda que sit hostia salutaris. Potuit quidem olim sub Rege Antiocho funditus everti frequens usus redendi sacrificij, ubi ad unum locum fuerat coarctata religiosa obseruan-

tia victimarum offerendarum . Vbi autem amplificata est Ecclesia, & toto orbe patet sancta religio in victimis & munitib⁹ exhibendis Maiestati p̄æcessæ , nullus hostium incursus , nulla tam grandis erit malorum inundatio, quæ ad subversionem generalem pertingat totius huius victimæ sacrosanctæ Cessabit quidē in nonnullis Regnis Hæreticorum, Apostatarumque , ut saltem publicæ non audeat quisquam sacra peragere : quod & nunc ex parte conspiciimus eueniisse in Provincijs perfidiæ . Verum & aliæ multæ Regiones imunes erunt ab insigni piaculo: & in eisdem ipsis Regnīs, in quibus tantopere desauiet diabolica tentatio, non pauci erunt reliqui , ut & religiosum cultum, & immaculatam hostiam exhibeat Domino Maiestatis. Nec enim prorsus repulit Do-

Rom. 11.
3. Re. 19

minus plebem suam quam præsciuit, ut inquit Apostolus. Et quemadmodum ex libris Regum idem Paulus allegat fuisse responsum Heliax , ita & modò rem se habere comperieimus . Conquerebatur vir zelo Dei succensus quod interfecti essent Prophetæ , altaria suffusa , ipseque solus videretur relictus , cuius adhuc intentabatur excidium . Audi vero quid ad illum eloquatur Dominus . Reliqui (ait) mihi septem milia virorum , qui non curauerunt genua ante Baal . Habuit antiquum sèculum suos Tobias ; habuit Danielies , Azarias , & Ananias , qui inter virorum infidelium commercia fidem seruarent Deo suo, & pro idolis Gentium exhiberent honorem, & cultum vni Domino conditoris omnium . De illo ita edisserit Scriptura sacra, docens quod in captiuitate positus viam veritatis non deseruerit . Quin etiam suis ad idolatriam Tob. 1. deuolutis , ipse solus honorem deferebat Maiestati . Nam cum irant omnes ad vitulos aureos quos Ieroboam fecerat Rex Israël . Hic (inquit) solus fugiebat consortia eorum, & pergebat in Ierusalem ad templum Domini , & ibi adorabat Dominum Deum Israël . Extitit Daniel, extitere simul Ananias , & Azarias , qui abominandum idolum à Nabuchodonosor erectū renuerunt adorare cum manifesto viræ periculo , ut victimas cordis contriti & humiliati offerrent vni rerum omnium Autori . Et cum ex consilio Satraparum & Principum prodijster edictum impium Danij Regis , non dissimilanter, sed palam opposuit se Daniel p̄æcepto illius . Fenestrā aperitis in Cœnaculo suo contra Ierusalem flectebat genua sua & adorabat, confite-

Dan. 6.

T s batur-

baturque coram Deo suo, sicut & ante facere consueuerat. Taceo de Iob, qui pro filiis suis & quasi per singulos sigillatum in terra Gentilitatis holocaustum offerre solitus erat. Nonne Tobias multos his alioqui misericis temporibus videre liceat, qui in captiuitate Regnum possit iob Hierarcharum dictione, vitulos aureos, Deos alienos profanorum dogmatum abominati, ad Dei templum configuiunt, ut iuxta propriam fidem reddant istie Domino vota sua? Nonne multos Danieles illic conspicias, qui palam confiteantur Domino, & quasi contra Ierusalem coelestem, flectant genua sua ad Deum, & Patrem omnium, & Orientem versus quasi metuentes antiquae traditionis, struant altaria, ut ei exhibeant sacrificium laudis & gratiarum actionis, victimam placationis, & propitiationis aeternae? Ha-

ctenus quidem in Regnis perfidiae sic accidisse compertimus inter tot turbines, tumultusque humanae persecutionis. In Bohemia quondam, in vtriusque Germania, modò in Anglia, Britania, Scotia, & in Regnis alijs occupatis a Sathan, non unus aut alter, sed omnino quæplurimi obfisterentes nefario crimini, constituerunt altare Domino contra altare diaboli, ut illic immolarent hostias suas. Ita planè in extremo tempore nonnulli aderunt diutini honoris zelatores egregij, qui diuinam hanc victimam penitus aboleri non permittant, memorares Dominic præcepti, quo præscriptum est ministris novi Testamenti, ut hoc ipsum perpetuo celebrent ritu in memoriam Redemptoris. Deinde quoque diuini iuris iurandi sacerrima contestatio non patietur irritum permanere, quod tan-

ta stabilitate firmauit in æternum. Et quidnam est illud obsecro? numerum ut si Christus in æternum Sacerdos, idq; secundum ordinem Melchisedech, ut sacerdotis fungatur officio, etiam in sacrificio altaris quamdiu perdurat in terra Ecclesia, donec occur-

ramus omnes Reparatori omnium, qui Pontifex factus in æternum introiuit semel in sancta, æterna Redemptione inuenta. Ipsi honor & gloria cum Patre, & Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.



LIBER
TER TIVS
DE REGIA
CHRISTI POTE-
STATE.

In verba Psalmi,

*Dominus à dextris tuis confregit in dictis
sue Reges.*

CAPITVLVM I.

Sacrificij Christi efficacia. num. 1.

Pax & placatio sacrificij Redemptoris. num. 2.

Vnitas & pax significata in Sacerdotio Christi. n. 3.

Quis sit dies confractio[n]is Regum. num. 4.

Dies

Capitulum primum

301

i

DI ES ille nuper fœderis inter me, & vos: arcum meum ponam in nubibus cœli: & erit signum fœderis inter me & inter terram. Quid vero dixerim de sacrificio Abrahæ, seu potius de sacrificij offerendi affectu, quo proprium Filium destinauit ad victimam, ut benedictionem omnium gentium asequeretur in semine ac posteritate sua? An ne his Patribus habebit minus sacrificium Redemptoris, qui vnde etus, consecratusque Sacerdos in æternum, ad propitiacionem donatus est terræ, in salutem vniuersæ nationis: qui & semetipsum ex Patris imperio exhibuit immaculatam hostiam, ut pax in nos & generalis benedictio effunderetur exuberanter in omne genus cunctorum mortalium? Etenim ipsemet Sacerdos & hostia pro peccatis, in signum fœderis positus, & quasi arcus in Crucem expansus indagationem auertit, conciliavit gratiam, salutem nobis

*Genes. 8.
¶ 9.*

Gen. 23.

cb-

2

Lxxi. 16.

furorem

obtinuit sempiternam. Il-
lius est promissa benedi-
ctio, ut à plenitudine Sa-
cerdotij libertas gratiæ re-
fundatur in omnes gentes,
non est coarctata vis Pon-
tificiæ dignitatis ad hoc vel
illud hominum genus: sed
ad omnem statum, conditio
nemque mortalium pro-
tenditur virtus & Sacerdo-
tiij & sacrificij immensa, qua-
si enim alter Aaron, stans
inter mortuos & viuentes
in mediaque hominū multi-
tudine consistens, eripuit
ipsam ab incendio vastato-
re, ut nihil minus quam ira
fauorem Domini con-
templari liceat in suprema
illa pace oblati sacrificij a
summo Sacerdote nostro,
de quo nuper facta fuerat
mentio. An ne vbi tantæ mi-
serationis argumēta se pro-
ferunt, locum sibi pote-
rit inuenire ira & indig-
natio omnipotentis? quæ
gesta sunt in victima Sal-
uatoris ecce omnia mise-
ricordiam sapiunt, pacem

redolent opus quoddam
æternæ benignitatis & cle-
menciarum præseferunt: quid
ergo ad diem iræ, ad con-
fractionem Regum sermo
conuertitur, ut ruisus le-
nitas, mansuetudoque au-
steritate iustitiae, & æqui-
tas iudicij summo rigore
commutetur? Quid est, ro-
go, Sacerdotem nouum cū
iure iurando conferri ho-
minibus, nisi inmediatem
salutis eis ulro donari, ut
pacem astrauat & disiuncta
omnia in unum componat?
nam & sic à terra exalta-
tus, ut hostiam suam ex-
hibeat Patri, omnia per-
trahit ad seipsum, omnia
in semetipso consociat
& confederat, Princeps
pacis, utraque unum ef-
ficit: bonus pastor dum
animam pro suis ouibus
exponit manifesto mortis
discrimini, errantis ac dis-
persi gregis turmas ad se-
ipsum colligit, ut cum
Pastore uno sit & ouile
unum, una Ecclesia ex-

vni-

3

vniuersitate gentium, una
domus omnium Redemp-
torum. Sic tandem lapis
angalaris compages parie-
tum in semetipso coniun-
xit: & ex duabus mace-
rijs longo à se inuicem
integrali separatis unum
construxit tabernaculum,
in eadem domo habitare
faciens paulo ante disper-
sus. Id sibi voluit Pro-
pheta Regius cum Chri-
stum nobis Sacerdotem
depingit, qui nimis me-
diator sit ad gratiam in
hominibus stabiliendam:
nam & Sacerdotis desig-
natio secundum ordinem
Melchisedech, unitatis &
pacis imaginem ostentat
oculis nostris, præter
quam enim quod in Cru-
cis oblatione, iustitiae, pa-
ciæque Principem fuisse
nouimus, dum, in iusti-
tia constabilit pacis foede-
ra, interficiens inimici-
tias in semetipso: aliud
verbis Prophetæ insinua-
tum est Sacramentum uni-

xi-

4

xitur : & in die tantæ sa-
lotis indignatio Dei om-
nipotentis debacchabitur
in viros potestate insig-
nes, ut confringatur & in-
tereant? An ne cœlestis
Pater in die ipso quo mi-
tit Filium in Salutem po-
pulorum , effundere de-
buit iram suam in ultionem
inimicorum : aut ipse met
Filius ad redemptionem
destinatus exequi debuit
seuerum damnationis iu-
dicium in Principes sacer-
cli , cum iudicandus adue-
nit , ut ab eisdem Iudi-
cibus & Senatoribus ter-
ræ duram pro nobis tole-
raret mortis sententiam?
Aut si non ita se habet,
quid est quod cum Sa-
cerdotalis functionis am-
plicienda benignitate con-

fractio adiungitur Princi-
pum , & cum pacis sig-
no admirabili in medium
proferatur furor Dei om-
nipotentis ? nam & sic
iram , furoremque at-
tribuimus incomparabili
Majestati, non quasi per-
turbationibus animi con-
cutiatur summa illa sim-
plicitas , sed quod inter-
im vel ad correctionem
castiget , vel usque ad ex-
tremum condemnationis
interitum desauire videa-
tur. Ipsamet inflictio sup-
plicij , nomen iræ aut fu-
toris obtinuit , ut qui fa-
cit ea quæ indignati homi-
nes facere consueuerūt,
irasci dicatur aut fu-

Hier. in
Psal. 2.
Aug. in
capit. 1.
Rom. &
lib. 15. de
cinit. ca.

25.

rorem præ-
serre.
(?)

CA:

CAPITVLVM II.

Christus à dextris sedens confringit Reges. nume-
ro 1.

Confractio Regum pars est triumphi Christi. nume-
ro 2.

Christus absoluta voce dictus Dominus ibi.

Dies iræ ad statum regnantis in carne refertur. nu-
mero 3.

Communis operatio Patris & Filii. num. 4.

Dextera virtutis. num. 4.

Dextera maiestatis. num. 5.

Christus cum Iosue componitur ibi.

Solis statio ad vocem Iosue ibi.

Crucis & Crucifixi victoria num. 6.

Crucis positio ad omnes terminos terræ protensa.
ibid.

Solis & Lunæ obtenebratio in morte Christi. nu-
mero 7.

Christi regnantis in carne operatio insignis. num. 8.

I

Propere qui-
dem incidisse vi-
dehimur in sale-
bras dubitationis huius ni-
si & hinc nobis aperiretur

stiones alias quæ sunt eine-
cessarie connexæ. Etenim
aliunde sunt nobis primor-
dia capienda, quo sic diluci-
dum euadat institutum Pro-
phetæ, & quid quid in sensu

V clau-

clausulæ huius inuestigare conatur. Dominus (inquit) à dextris tuis confregit in die iræ suæ Reges. Quis Dominus, & à cuius dextris astare seu confidere putandus erit? Idem ipse de quo nuper dictum fuerat: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech; Ut exprimatur in hac clausula potestas Regia, quæ conjuncta est dignitati Pontificiæ in uno Redemptore mortalium. Nam & ita fiet ut qui veneramur in illo Sacerdotium acceptum, in salutem gentium, timeamus quoque diem iræ ipsius, in quo Reges confringit, & vindicatio aduersa-

Anzust. rios nominis sui. Forte Clos. In- idem ipse est de quo sta- terli. & tim pronunciatum audimus, alij inter quod iudicaturus sit in na- pretes in tionibus, impleturus rui- f' al. 109 nes, conquassaturus capita in terra multorum. Is namque Filius est qui post pa- sionis humilitatem, sceptru sibi dominationis acquisi-

uit iudicariæ potestatis, si non noua iura nouam cer- te exequitionem adeptus est in assumpta natura. Sic autem sit ut ex hoc ipso lo- co enarrare incipiat Vates egregius quidquid ad iudi- cium Incarnati Verbi per- tinet, dum & confringit Principes, iudicia tremen- da exequitur in nationibus, implet ruinas & valles, mó- tium cacumina humili so- lo adæquat, & conterit ca- pita in terra vastissima. An excidit memoria prophe- tici huius hymni scopus, & argumentum: quod in eo versatur, ut recenseantur facinora, & triumphi Re- demptoris, comparati per Crucem in Maiestate reg- nantis? Sane quod in exor- dio carminis huius exara- tum fuerat in genere de superandis inimicis, de do- minatu in medio viruer- forum hostium, hoc in spe cie declaratū agnoscimus posterioribus clausulis, vt sibi iniucem consonet quæ prius, & posterius digesta sunt.

2

sunt in serie totius vatici- ni, quod habemus in ma- nibus. Acclamat igitur Pro pheta Regius Patri, qui sapientius ad Filium locutus fuisse prohibetur. Ecce in- quiens, ô Pater excelse, Dominus ac Deus noster, qui tibi coæqualis, consub- stancialisque sedet à dex- tris tuis, ipse confregit in die indignationis suæ Prin cipes terræ. Nec enim tan- tum Sacerdotij obtinet cel- studinem, verum etiam totius Orbis insignem Prin cipatum, ut Regna com- minuat, Reges confrin- gat, & conterat, sibique de munere editionis suæ sub- ijciat vniuersa. Sic etiam immensam Incarnatæ Ma- ie statis Diuinitatem profi- temur, cum ipsum voce absoluta Dominum perinde ac Patrem appellamus. Non enim hoc loco ut in fronte Cantici huius, Do- minum suum vocat Pro- pheta fidelis, sed Domini- num ore pleno pronun- ciat, dicens: Dominus à dex- tris tuis. Profecto non con- tñenda interpretatio quæ & magnitudinem prædicat sedetis à dextris, & nero uos cōpaganemque aperit to- tius Psalmi, ac de mun dié ipsum iræ Domino non ad tempus decursæ humili- tatis in carne refert, sed ad immortalitatis diem, quo sedere asseritur à dex- tris Patris. Nam ad dex- teram assidens confringe- re dicitur ipsos Reges ter- ræ, quasi iam Regno poti- tus post Crucis iniurias. De hac namque sessione ora- tionē præcipue cōtexi dixi musa Psalte nostro, ut de trophæis cōparatis ab eodē Salvatore in solio immor- talitatis suæ habeatur ser- mo. Huic etiā sensui accom- modare possumus lectio- nem Hebraicā, quæ sic ha- bet. Dominus super dextera tua percussit seu scidit in die furoris sui Reges. Iam enim origo facinorum mi- rabilium exprimitur, dum ad immensam Dei virtu- tem, potestateque conte-

3

4

Ioan. 14 plandam deducimur. Et enim Dominus & Dei filius virtuti Patris, quæ alio qui propria est ipsius, incumbens, & velut innixus mirabilia hæc in terris operatur, ut vere super dexteræ Patris, quasi in eius potestate confringere dicatur Principes sæculi: habet namque communem potentiam cū Patre, quam ab illo accipit: quemadmodum, & communis est operatio Patris & Filii, iuxta verbum ipsius. *Pater* (inquit) in me manens, ipse facit opera. *Ioan. 5.* Et rursus: non potest Filius a se facere quidquam nisi quod viderit Patrem facientem. Quaecumque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit. Plane totum quod externe operationis est in cœlo, in terris, apud inferos, quidquid vbiique locorum efficit Christus, ab ea virtute ortum habet quæ Patris est, & pariter Filii. Id vero in dextera Patris insu-

nuatum agnoscimus, cum Christus a dextris, siue super dextera innixus confregisse dicitur in die iræ suæ Reges: nimis potentia Maiestatis, virtus, potestasq; Diuinitatis immensa ibi significatur, ut eadem sit virtus quorum est una Dicinitatis substantia. Nam & dextera illa potentiam virtutis designare consuevit in Divinis Scripturis. Quo etiam sit ut fessio unigeniti Filii ad dexteram Patris non nunquam exprimatur per dexteram virtutis, interdum vero per dexteram Maiestatis. Præter testimonium enim quod in Actis Apostolicis habemus de Beato Stephano, qui Filium hominis stantem conspexit a dextris virtutis Dei, ipsem et Christus coram Principibus Sacerdotum, & Scribis in iudicium hominum delatus de se ita pronunciat. *Fx Lue. 22.*

sunt

tutis Dei. Vides vim potestatis immensæ expressam nomine Paternæ dexteræ, dum prænotatur titulo dexteræ virtutis. Apostolus vero ad dexteram Maiestatis in excelsis confidentem describit Reparatorem orbis terrarum, ut aperte Maiestatis appellatione prænotata sit suprema potestatis excellentia quam habet Filius cum Patre communem. Et bene quidem ad Christum referimus, quod in hac Regum confractione describitur, ut & alterum in hac parte Iosue tibi videre videaris, qui & Iesus Naue appellatus est, ut vel proprio nomine Redemptorem, & Saluatorem nostrum manifestius exprimeret. Ille namque post urbium deuastationes, & varias de hostibus comparatas victorias Regum in gentem multitudinem peremit cum exercitibus suis, quoru erat numerus quasi arena maris, quemadmodum in libro Iosue habemus exaratum. Ita nimirum Regius Propheta post enarrata insignia trophae ad aduersarijs Christi. Qui constituendierant in scabellum pedum ipsius, ad Regum debellationem conscribendam se contulit. Stetit sane Princeps fortitudinis contra Reges horrendos, contruitque illos virtute multa in signis, & prodigijs: & quod prolixa narratione persecutus est autor libri, de Iosue duce præualido, id non tam in una regione, non solum apud nationes barbaras egit dux prælij nostri, sed & apud Chaldaeos, & AEgyptios, apud Hebreos, Græcos, Latinos, & in omnibus finibus Orbis terrarum. Ille solem fecit sistere in gradu suo, donec plenam expeteret vindictam de hostibus suis: *Steterunt*, ait, *Sol & Luna, Ios. ibid.* donec viceretur regens de inimicis. Non fuit antea *Ios. 10.* postea tam longa dies, ob-

V. 3 diente

Iosue. 9.
& 10. 6.
11.

Eccle. 46 diete Deo voci hominis, & pugnare pro Israel. Magnus plane Iesus Naus iuxta nomē suum, ut liber Ecclesiasticus attestatur, maximus in salutem electorum Dei. Quam gloriā adeptus est in extollendo, & iactando contra ciuitates Romphæas? Aut nō ait, in iracudia eius impeditus est Sol, & unus dies factus est quasi duo? Hæc sunt & his finitima facienda Iesus quæ de illo recensentur. Quid vero Iesus noster à dextris residet? His plane similia, his longe maiora prodigia in cœlis perficit, quæ nimis rūinulta, & magna patrauit in ligno. Nonne ibi magnus effectus est in salutem electorum Dei, & in expugnandis insurgentibus aduersarijs, ut consequeretur hæreditatem Israel? Maximus plane in extollendo manus suas, ubi quasi Sacerdos in æternum fungetur officio suo, semetipsum in hostiam offerens Patri. Neque vero minor

illuc in iactandis contra ciuitates Romphæis visus est: ubi velut è sublimi prospectus inimicos vindique, non tantum coniunus ferit brachijs fortitudine, verum etiam è minus attingit amplitudine suæ virtutis: non tantum ictu manus percudit, sed & iactu quasi sagittarum ex pharetra, quasi lapidum ex funda. Sic Romphæas, sic gladios iactare perhibetur in Regna totius Orbis. *Hieron.* Nam & hoc ipsum *in Marc.* inaduerterunt Patres in positione ac brachijs, dimensionibusque Crucis, nempe ad uniuersitatem gentium, Regnumque pretendi Redemptoris opus, quod in percusione, confractio, occisione significari non remquani, iam superius annotatum est à nobis. Iam vero, & sub obtum illius nonne consimile prodigium afluxisse meditaris, ut Sol & Luna quasi stetisse viderentur in habitaculis suis, donec perage retur

7 retur facinus admirabile trophyi huius in hostes Redemptoris? Illuc sane diem longiorum exhibuit Sol in statione sua, ut visibilis inimici gladio perirentur, nec vindictæ magnitudinem intercluderet nox superueniens, hic autem caligine inuoluuntur omnia: quia plaga inuisibili feriuntur aduersarij, & in tenebris eripitur Regnum Principibus tenebrarum, mortis imperium affertur & dira tyrannis pecati conteritur, talem mundi faciem apparere voluit delitescens in Cruce Dei summa sapientia, qualis in mente hominum videbatur esse Christus: & ubi nox ignorantiae tam sinistrum efficiebat iudicium de Redemptore mortali, Sol ipse radios lucis continere debuit in virtute sua, & Luna contenebrescere in sua plenitudo. Et quod occulte de mira. geregatur in ultione Taras. Scriptura cap. tareæ regionis, sub imagine caliginis nouæ quasi de-

8

nuo cælari debuit, donec *Hiere. in Matt. 27 D. Tho. 3. p. q. 44 ar. 2. ad 2* ad finem perduceretur inchoatum opus à Domino. Alioqui ô Rex sanctorum sub ea nocte sanctis tuis maxima parabatur lux, & sub magna quadam caligine splendor immensus agnos citur delitus. In solis impensis & rebellibus obscura illa facies rerum preferebat figura maioris cuiusdam malii, quemadmodum in libro Sapientiae de viris Acgyptiis pronunciavit vir Sapiens. *Solis* (ait) illis superposita *Sapi. 17* erat grauis nox, magotenciarum quæ superuentura illis erat. Quod si moriens in Cruce, ubi tempus erat patiens fortis apparuit Iosue noster in debellatione aduersarij potestatis: quid ageret à dextris consedens in confractione Regū, in oppugnatione regnorū, quā gloriā adeptus erit in extollendo manus suas aduersus inimicos, & iacentis contra ciuitates Romphæas: quis ante illum sic rexit in impugnationi hostili?

V 4

Nam

Nam hostes vniuersos ha-
ctenus ipse cōfregit. Nōne
in iracundia illius impedi-
tus est Sol, vt non festinarit
occumbe r̄ vsque ad inimi-
corum debellationem per-
fectā? fiet ita plane vt Sol
& Luna non perueniant ad
occasum & stationem suā,
donec impleatur dies con-
fractionis regum & explea-
tur vindicta in aduersarios
illius, donec faciat vindictā
in nationib⁹, corripiat po-
pulos, alligeret reges eorum

in compedibus & nobiles
eorum in manicis ferreis.
Hęc est iracundia regis a-
lioqui manfueri, qua perdit
impietatem, rebellionem
contudit comprimitque ar-
rogantiam in principibus
terræ. Et ita quidem Chri-
sto sedēti ad dexteram ad-
scribimus energiam carmi-
nis huius, vt iuxta phra-
sim propheticam enun-
ciatio præteriti denotet rei
futuræ multam certitudi-
nem.

CAPITVLVM III.

Pater astare dicitur à dextris Filij. num. 1.

Filius à dextris sedet in utraque natura ibid.

Communio, sive unitas naturæ in Patre & Filio.

num 2.

Pater à dextris astat Christi quatenus homo est. n. 3

NO N responda
planè verbi hu-
ius interpretatio-
nem & graui Patrum au-
thoritate fulcitur, & con-
secutionem orationis ma-
xime tuetur. Verum si
placet, sensum alium com-
muni-

Hieron.
aut̄or in-
nomina-
tus, et ple-
rius aly
in Psal.
109.

muniorem, facilioremque
persequamur libentius, qui
Patrem à dextris astantem
Filio describit in confrat-
ctione Regum, ac cætero-
rum facinorum patrandis
mirabilibus. Planior est e-
nim de Patre intelligentia:
nec indiget noua confirma-
tionē Diuinitas Redemp-
toris, vt Deus ac Dominus
simplici vocabulo, nunc de-
mum nuncupetur, cum to-
ties in Psalmi progressu
Deus de Deo, coæqualis
suo principio, nativus & co-
substantialis Filius sit pro-
nunciatus. Nihil etiam de-
terrere nos debet ab hac
explicatione festāda, quod
in capite huius carminis au-
diamus Christum sede-
re à dextris, nunc autem
è vestigio positū sit, quod
Pater à dextris Filij assi-
stere videatur. Illud nam-
quid aut coæternam Filij
cum Patre substantiali, &
coæqualem gloriæ celi-
tudinem designat, aut ex-
temporaneam sive in tem-
pore acceptam sublimita-
tem insinuat pro condi-
tione assumptæ naturæ, in
qua totius Orbis imperio
tranquillus potitur, & in
requite opulenta, in sum-
ma pace gubernacula sus-
cipit tūc tūs creature. Quod
autem Pater à dextris Fi-
lij astare perhibetur, opi-
tulationem, & auxilium
denotat sive Patris, sive Di-
uinitatis, quam habet à Pa-
tre Filius, vt eo communis
robore Salvator in na-
tura copulata exsuperet,
conteratque seu tenebra-
rum Principes, seu etiam
Reges & Iudices terræ.
Fortitudo præliatoris hoc
loco insinuata est in virtute
ac potentia, quam geni-
tus à Patre accipit Chris-
tus, vt cum ipso debellat
aduersarios sui non inis,
& dominetur demum in
medio inimicorum suo-
rum. Non enim quoquis
modo astare censendus e-
rit Pater Filio, sed quasi
præsens intimè, propriam
ei essentiam comunicans,
propria eum fortitudine

V § accin-

accingens. Et fortè nihil est aliud, quod nunc audi mus Dominum esse à dextris Redemptoris, quam quod nuper audiebamus: *Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus Sanctorum: nisi quod illud ad communionem siue unitatem substatiæ pertinere videtur expressius, ubi Pater in Filio, & Filius in Patre unum sunt: hoc autem virtutem, seu fortitudinem explicat, quam accipit à Patre Filius. Illud nobis unitatem substatiæ obiicit oculis, secundum quā dicitur Filius ex utero ante Luciferum genitus: hoc verò virtutis magnitudinem præfert, secundum quam descendat in certamen prælatoris insignis ad conterendam omnem adversariam potestatem. Aut etiam prius illud verbum referri oportebit ad Divinitatis Majestatem excelsum, secundum quam Pater in Filio, & cum Filio esse prohibetur: hoc autem*

*ad copulatæ naturæ humilitatem spectat, ut qui Regnum, iudicariamque potestatem accipit quarenus homo est, diuinam sibi adesse virtutem agnoscas, dum à dextris ipsius Patrem suum audit assistere. Vide autem & tantius huius sensus & postremus huius annotationis corroborationem ampliore, cui nequaquam refragari liceat. Cum enim de Christi resurrectione longiorrem orationem fuisse extorsus Petrus Apostolorum Princeps, repente incidit in verba Psalmiquintidecimi, ut ea nobis explicaret de unico Redemptore mortali. De quibus plane verbis ita disseruit, quasi illa non in aliū competant, quam in Christum ea parte, vel maximè qua homo in carne mortali conuixit hominibus, & pro hominibus pertulit Crucem & mortem: *Quem Deus (inquit) sustinuit solitus doloribus infernii,**

ferni, iuxta quod impossibile erat teneri ipsum ab eo. Datus enim dicit in eum: Proindebam Dominum in conspectu meo semper: quia à dextris est mihi ne commonear. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescat in spe. Ecce à dextris astantem conspicit Dominum Filius Dei apparet in carne, ut non dimoueatur ab spe concepta, à fiducia consequentiæ victorij de hostibus vniuersis per resurrectionem ex mortuis. Ipse namque Pater quem Redemptor sibi paratum contemplatur: ad ferendum auxilium decertabit pro Filio, ut perfectum comparet trophœum de hostibus suis. Iamque fit ut quod in Psalmo illo euenterum prænunciauerat Lyricus noster, in verbis prophetatis nostri, quasi re ipsa impletum describat, & quod in spe præconcepitu exarauerat in loco illo,

*id opere ipso iam comparatum depingatur in sententia carminis huius, cum dicatur: *Dñs a dextris tuis confregit in die iræ sua Reges.* Eo pertinebat quod illic dictu fuerat, nempe à dextris assistere cœlestem Patrem humiliato in carne Verbo, ut non commouendum foret, ut non nutaret fiducia illius de morte vincenda & vniuersis hostibus subiiciendis. Eo etiam respicit Propheticum elogium, de quo agimus: *Dominus (ait) à dextris tuis confregit in die iræ sua Reges:* nec ulteriori adhuc sermonis silo rem hanc protrahendā esse censemus, quam & consequentiæ verba subinducti Psalmi satis confirmant, & studiosa Petri Apostoli solicitude fecit nobis plenè constarem. Nam & ille duetu quodam orationis longiore totum hoc quod subillatum est demonstrat, non nisi ad Christum villa ratione referri posse. Euolutum namque singula verba qui-*

quibus dicitur: Propter hoc letatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiesceret in spe: quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dasibis sanctum tuum videre corruptionem, notas mifificas vitas: & replebis me iucunditate cum facie tua. Iam ergo ad eundem respiciunt quæ de resurrectione habetur his verbis asserta, & quæ priori loco pronunciata sunt de Patris præsentia, siue auxilio præsentaneo, quo adesse dicitur Christo à dextris ipsius. Neque vero tantum diuinis Scripturis consonat phrasis hæc & modus loquendi: verum etiam ei sauer scriptorum veterum fidelis narratio. Qui enim alijs se ad societatem & præsidium adiungebant, ut eis præsto essent ad robur firmioris auxilij, à dex-

tris aderant ijs quibus op̄is suæ fidem astringebant. Sic namque efficiendum erat ut his subsidijs patrocinij videceretur esse validius, dum id in homine protegitur quod est robustius, ut cæteræ demum corporis partes tuiiores permaneant. Idcirco ijs qui se ad comitatum & præsidium alterius accingebant, dicebantur claudere, aut cingere latus illius, quasi communirent in homine dexteram eius. Et hæc paucis explicuisse fuerit satis ad stabiliendum sensum qui visitatione est apud Doctores sanctos, vt de Patre intelligatur diuinum Elogium, de quo sic legimus,

Dominus à dextris suis confregit in die iræ sue Reges. (?)

CA:

CAPITVLVM III.

Sacerdotali functioni adiuncta diuina virtus. numero. 1.

Seſſio à dextris, unitas maiestatis. num. 2.

Seſſio à dextris requies & potestas triumphantis. numero. 2.

Aſtare à dextris pugnam & triumphum significat. num. 3.

Dei stare & exurgere. num. 4.

Dei descendere & venire in mundum. ibid.

Operationes extraneæ siue à dextra communes sunt Patri, & Filio. num. 5.

1



ED & hoc interim expendere non pigeat in adiectione clausulæ huius ad ea quæ antecellerant, vt pleniorē habeamus confirmationē interpretationis constitutæ, fuerat proxime de sacerdotio Redemptoris facta metrio: cuius partes exstant, vt precibus hostijsq; Deum hominibus proprium reddat, ne autem viliam in hac parte suspicari virtutis destitutionem, ad

quasi totum humanæ salutis negotium, in humilitate nuda & carnis infirmitate gestum sit, ideo diuina enarratur fortitudo in serie clausulæ huius, vt firmius aliquod virtutis robur adesse perpenderes. Saluatori mortalium ad auferenda omnia impedimenta de medio, ad afferendā hominis salutem in terris, idcirco inductæ memorie Pontificij honoris in Christo annexa estratio supremæ fortitudinis ad con-

confringendos aduersarios, oppugnatoresque partandæ redempcionis in mundo. Ipse plane de quo nuper audiuiimus quod iuramento firmaret Sacerdotium Redemptoris, ipse nunc astare perhibetur à dextris Christi, ut communis & individua vtriusque virtute conterantur Principes sæculi, qui aduersus Patrem & Filium astiterunt coniurati. Et enim quod nunc audimus astare Patrem à dextris Filij cipitulationem designat, siue Patris, siue Divinitatis quam habet à Patre Filius, ut in assumpta natura euadat triumphator de Principibus tenebrarum ac de Regibus & iudicibus terræ: quod iamiam explicare contendimus. Aliud est nimurum quod Filius sedere dicatur ad dexteram Patris, allud vero quod modo assertius Patrem adesse à dextris illius, licet vtrumque referatur

ad æternam Verbi cum Patre substantiam. Et quidem cum Filius à dextris cōsedere perhibetur, coæqualitas plena, substantia seu naturæ communis, vnitas maiestatis & gloriæ insinuantur esse in vtraque Filij & Patris persona. Deinde requies & mira pax triumphatoris in carne designata est cum imperiali potestate quam habet super homines & Angelicos spiritus singularem. Quod vero audiimus astare Patrem Filio ut confringat Reges, nouam respicit pugnam, ad certamen pertinet, in quo Regnum per tyrannidem in Psal. obtentum eripitur principibus tenebrarum, & erecta hominum superbia aduersus dominatorem coeli omnino prosternitur. Et vtrumque sane celitudinem denotat maiestatis diuini in Christo, qui principio sui consubstantialis esse agnos-

*Ang. II.
1. de
Sym. c. 4
& li. 2. c.
7. Cassio.*

3 noscitur. Sed in altero Maiestas regnantis, in altero autem, belligantis potentia significata est. Illud ad pacem pertinet supernæ mansionis: hoc ad bellum cum hostibus ineundum & ad triumphos de hostibus comparandos videtur spectare. Quapropter illud sessionis nomine prænotatur: hoc vero stationis potius obtinuit appellationem. Pater namque astare dicitur Filio à dextris, qui tamen & ipse Filius ad dexteram sedet maiestatis Dei, quinquo & ipsem Filius qui alioqui sedens esse describitur ad dexteram maiestatis, ibi quoque nonnumquam stare videtur, cum à dextris ast sit militum suorum in qq. noui certamine desudantium. Testa. q. Nam & Stephanus in per 38. Greg. seclusione concitata, in in 1. Reg. medijs fluctibus tribula- cap. 1. tionum inundantium stan- tem à dextris conspexit. *August. 7.*

Redemptorem, ut de fir-
mo eius præsidio non dif-
fideret, pro cuius gloria
viriliter decertabat. *Sed A. A. A.*
neque id mirandum si stan-
tem viderit Stephanus Fi-
lium hominis quasi in car-
ne regnantem & para-
tum in auxilium ferendum. Nam & sæpe legi-
mus in sanctis Scripturis
Ang. Ii.
de essentia
Domi. &
in Psal. 5.
exurgere Dominum è solio maiestatis suæ, ut pug-
nantes adiuuet, ut laesis, virtutem, mœstis lætitiam 6. & 34.
solariumque adjiciat: nec
tamen aut mutationem loci,
aut positionis, situsve
diversitatem in eo com-
miniscimur, qui spiritus
est non contentus loco,
sed loca omnia replens
propria maiestate ac vir-
tute. Sæpe autem fit ut ex
nouis effectis quæ appareret
in rebus novas quædam
denominationes attribua-
mus Deo incommutabili,
non quod illum aliqua
mutationum vicissitudi-
ne agitari dicamus: sed
quia vices rerū permutat,
&

Ioan. 6. & varijs seipsum modis,
 Eph. 4. suamque potentiam in illis
 Ioa. 16. manifestat, sic enim & def.
 Ang. lib. cendere, exireque à Patre
 i. de Tri. ac venire in mundum dici-
 et. 10. & tur, non quod locum mu-
 Ang. de tet, sed quod nouo aliquo
 eßen. Di essequ subsecuto in ipsis
 ut. & li. creaturis se prodat, aut in
 16. de C. natura etiam hypostatice
 n. et. 5. copulata & in unitate per-
 S. Tho. in sonæ. In qua quidem natu-
 c. 4. Eph. lefft. 3. ræ assumptione nihil im-
 mutatus est Dei Filius siue
 secundum locum, siue se-
 cundum substantialem, aut
 accidentariam perfectio-
 nem, fuit vero insignis mu-
 tatio in humana substantia
 que adesse diuinum tra-
 cta est, & vnta verbo se-
 cundum hypostasis. Assi-
 stit igitur Pater Filio non
 quasi disiunctus ab eo que
 in Conc. de propria substantia con-
 Ephe. in substantialem generat si-
 Epist. ad bi, & quasi stat à dextris
 Nestor. Redemptoris ipsius, quate
 in Syn. Redemptoris ipsius, quate
 Conſt. ca. nus homo est, quasi manu
 2. 3. & 4. eius dexteram sustentans
 & virtute communiens ad
 superandos inimicos. Per-

fig-

significatus est ibi ortus si-
 ue origo facinoris à Divina
 substantia, potentiaque
 communis: quæ cum eadem
 sit in Patre & Filio, non pa-
 titur operationes extra-
 neas esse discretas. Iam etiā
 Pater quasi proprium ven-
 dicat sibi ut Filium mittat
 ad passionis ignominiam,
 & Crucis opprobria susti-
 nenda. Congruum etiā &
 consentaneum videbatur,
 vt idem Pater quasi arroga-
 ret sibi exaltationis, glorifi-
 cationisque huius confere-
 dæ Filio solicitam curam,
 vt post horrenda certami-
 na, post cuius tolerata sup-
 plicia cōsedere faciat à dex-
 tris ipsis, & perfectam ei

CAPITVLVM V.

Quis dies confracti Regum. num. 1.

Principes tenebrarum confracti in die iræ. ibi.

Illustris de Sathanâ triumphus. num. 2.

Dei virtus prodens in conterenda superbia. nu. 4.

In Redemptionis opere dæmones, et Iudai humiliati.

ti. num. 5.

In diabolum cur prius vindicatum sit. num. 6.

Deus lento gradu ad supplicium inferendum procedit. ibi.

Vindictæ differendæ occasio à Domino quæsita. numero. 7.

Superbiæ punitio celerrima. num. 8.

In Nabuchodonosor properata vindicta. num. 9.

I

Et quinam sunt principes hi, quis vides iræ Domini, in quo Reges confacti seu contriti esse perhibentur? Nec enim alterum ab altero satis valemus sciungere: sed ambo in unum composita se inuicem explicant, & dies iræ agnitus manifestum efficiet, qui sint confringendi Reges in die furoris Domini. Non abs re forsitan videatur si Regum appellatione intelligamus Principes nebrarū, aërias potestates, spiritus oppressores fideliū, quos & Reatores mundi huius sensibilis nūcupauit noster Apo-

Eph. 6. Stolus. Hi nāque veluti iure

dominij vēdicabāt sibi principatū in terris, & dura in populu Domini īā olim tyrranide scūiebant. In pace nuper videbatur inferni potestas posidere atrium Orbis terrarū: sed fortior superueniens cum ita diripuit, fugavit, exterminavitque hostes, iugum depulit antiqui dominatus, Regnum conquisiuit, sibi æternum super omnes gentes. Et quare ratione, qua via illud effectum arbitrari? Nempe quia Dominus à dextris illius aderat ei præualida virtus, immensa Dei fortitudo, non velut extranea, non quasi ab illo disiuncta, sed ut eiconatu-

naturalis, & nihilo protinus distans ab eius substantia fortis erat antiquorum Gigantum potestas: nec quidquam aliud inueniebatur in terris quod illi æquaretur. Atvero in immensum fortior erat manus Redemptoris ad salvandum: potentior erat dextera ducis nostri ad afferendum nos in libertatem pristinam, ad astriuendam nostram salutem, ad euincendam iniamicorum seuiciem, addpellandam è nostris cervicibus duram hostium damnationem. Et quid mirum, cum à dextris illius affuerit Dominus non quasi cum aliqua creata substantia, sed quasi cum factu & verbo suo quod ex vetero æternæ mentis sibi consubstantiale progeniuit? Aderat illi propria Diuinitas quam accipit à Patre à dextris astante, quasi manum eius mirifice suffulciens ad exequendam iniamicorum vindicati-

etam, ad pacis, & libertatis afferenda iura, in salutem denique omnium electorum. Perspende autem, & in hac parte superni Spiritus admirabilem energiam in propheticō eloquio. Et enim cum se se appelleret diuinus Psaltes ad enarranda facinora, ad recensendostriumphos Redemptoris omnium, illud primū protrulit in medium quod in cōfractione Regum positum esse videbatur. Non autem mysterio vacat, vt id priori loco audiamus assertum quod ad Principes tenebrarū debellādos pertinere cēsetur. Sane ubi tantæ virtutis tropheæ enumerantur, illud sibi primū locum vendicare videbatur, quod statim præfert insignia immense fortitudinis. Vbi enim maior erat ad obstantum potestas, ibi se amplius exseruit, & effecit manifestam Redemptoris virtus. & glorioſior apparuit triumphus in hostibus, qui cum maiori violen-

Ioan. 12.

lentia hæreditatem ipsius
haec tenus occuparant. Nā
& ipse met Reparator sæ-
culi in ea re collocasse vi-
sus est totum patratæ salu-
tis ac Redemptions com-
pendium , vt partam vi-
ctoriam , & dñeptam seu
ereptam ab his hostibus
prædam , oblatumque il-
lis Regnum obijceret ocu-
lis nostris . Nunc ait , iu-
dicium est mundi : nunc
Princeps mundi huius ej-
cietur foras . Quasi Prin-
ceps omniū , & iudicium &
trophæum proponitur no-
bis quod infernipo testas cō-
teratur , & auferatur de me-
dio . In hoc vno quasi versa-
ri totum negotium Redé-
prioris declaratur , nempe
quod Princeps mundi hu-
ius depellatur e Regno , &
male parta hæreditate spo-
lietur . Sed & illud in hac re
non obscure insinuat ag-
nosco , quod Diuini esse
moris deprehēditur alijs in-
rebus . Ibi naque & vindicta
celerē , & maiore propriæ
virtutis ostensione exhibet ,

vbi maiorē cōspicit aduer-
sus ipsum erectā superbiā .
Quid igitur in Redēptionis
opere faciēdū existimas ? Sa-
nelicet opus illud fuerit mi-
serationis eximiae in genus
humanū ; habuit tamē po-
tentē virtutē in aérias po-
states , vt magna contunde-
retur fortitudine , cordis al-
titudo , & ibi luceret maxi-
ma Dei omnipotentia , vbi
asseritur gloria supernæ
Maiestatis in conquassanda
superbia . Nā & Beata Dei *Luc. 13.*
genitrix cū sigillatim enar-
rare velle patratæ huius
Redēptionis magnalia , in-
de sibi exordium orationis
cepit contexere , vbi am-
plior sese prodidit in super-
bos vis Diuinæ potentiae .
Fecit , ait , potentiam in bra-
chio suo : dispersit super-
bos mente cordis sui : Illic
sane vires intendit , virtutis
suæ magnitudinem ostē-
dere voluit , vbi summa-
erat mentis elatio , & ere-
cta supra coelos arrogan-
tia spiritualis naturæ . Con-
grue namque huius clausu-

lx.

lx. Prioris sententiam ad
Principes tenebrarum re-
ferimus , vt quod statim
subillatum est pertineat ad
Iudæos , cum dicitur : De-
posuit potentes de sede : &
exaltauit humiles . Fecit po-
tentia in brachio suo : quia
nō sibi administrum quæ-
sabit præcellentis facino-
ris , Moysem aut Aaron , Io-
sue , Iephthe aut Sanson , si-
ue Gedeon : sed in dextera
sua , & brachio suo fecit mi-
rabilia , dissipans impiorum
consilia , & superbias men-
tes omnino confundens .
In brachio suo in proprio
Filio fecit potentiam , vt
prosterneret humi celsitu-
dinem cordis , quo non
alius arrogaret sibi glo-
riam insignis triumphi præ-
ter Dei vnigenitum qui cū
Patre confringit , conterit
que Reges in die iræ suæ .
Quid miraris si prius omni-
bus fuerit animaduersum
in eum qui primus in præ-
uatione fuit ? Quorū
sum vero ait , concitata vin-
dicta præter mortem Do-

mini , cuius ira lento gradu
solita est procedere . Ita
quidem res habet , quemad
modum & in hominum
priori punitione ostēsum
est , vbi veluti pedentim
incedens , & quasi deambu-
lans ad auram post meri-
diem aduenisse describitur
Dominus , vt iudicio con-
certaret cū plasinate suo .
Sed & hoc ipsum insinua-
tum agnosco in descensu
illo , qui super causa Sodo-
morum , & Gomorrhæo-
rum describitur ibidem in
hæc verba (Clamor Sodo-
morum , & Gomorrhæo-
rum multiplicatus est , &
peccatum eorum aggra-
tum est nimis . Descenda-
& videbo utrum clamor
qui venit ad me , ope-
ra compleuerint ; an non
est ita , vt sciam .) Ut enim
præteream piam Patrum
annotationem , qui nem-
inem damnandum esse pro-
nunciant sine certidisqui-
ficatione iudicij , quasi hoc ibi
significauerit Divinus Spi-
ritus , aliud est quod illic

X 3 ad aer-

6

aduertendū arbitror. Quid est enim quod quasi more humano post clamorosam insinuationē m̄delti, quasi ad certiora testimonia inquirenda videatur esse deuentum? Quorsum tot ambagib⁹ exquisita rei certitudo, vbi nihil ignoratur, ut quasi longam contestatur litem cum hominibus aduenire dicatur Dominus qui statim poterat & quam in ea causa proferre sententiam? Profecto qui nouiter iam abscondita cordis nulto externo testimonio indigebat, cum & conscientia cuiusque promille testibus esse dicatur. Verum ita res acta depingitur, ut in ea imagine cōspicias non præcep⁹ iudicium queri ab illo, vbiān̄ homines vindicandum s̄t, cum ille ambitus quasi requiri majoris certitudinis non animo descendat veritatis, sed studio vindicta differenda omnino debeat adscribi. Contravero actum est in negotio su-

perbiæ: ubiquia magnum est morbi periculum, ingens malum admissi criminis, non patitur curatio longas moras, sed nec ipsa correptio & punitio, nam & talis fuisse describitur Angelorum ruina, teste ipso iudice vniuersorum. *Hieron.* in Dan. debam (ait) Surbanam si-
cut fulgor de cœlo adden-
tem. Talia in homines iu-
dicia ferri solent: quemadmodum in Balthasar Re *Lac.* 10;
ge accidisse deprehendi-
mus, qui ad ostendandam gloriam Regni, & diuitiarum suarum non exhibi-
ruit iniuriam facere con-
fectatis vasis ad usum alta-
ris, & sacrificia Domini. Res hæc patentior effecta
est in patre illius Nabuchodonosor, & cum maiori quadam verborum ener-
gia exprimitur nobis cele-
ritas vltionis in viro illo propter elationem cordis ipsius. Nam postenarratū somnium, & auditam inter-
pretationem eius, erupit homo in cogitationes su-

per-

Dan. 4. perbiæ & in verba iactan-
tiæ quæ in hunc modum
habemus descripta. Non
ne, ait Rex insipiens, hæc
est Babylon civitas magna,
quam ego ædificauī
in domum regni, in ro-
bore fortitudinis meæ, &
in gloria decoris mei? quid
vero super tanta insolentia
cogitauerit Dominus
libenter audientis. Cum-
que sermo esset in ore Re-
gis, vox de cœlo ruit: ti-
bi dicitur Nabuchodonosor,
non in longinquum protrausta est vindicta:
sed quasi verba loquentis
præoccupet, vox conti-
nuo è cœlis auditur reg-
num tuum transibit à te,
& ab hominibus cōficien-
te, & cum bestijs & fe-
ris erit habitatio tua. Ne-
que vero aucteriori pro-
nunciata sententia, differ-

tur imposterum executio-
nilius, sed protinus adhi-
betur contellante hoc ip-
sum diuinq̄ eloquio. Eā-
dem, inquit, hora sermo
completus est, & ex ho-
minibus adiectus est, &
scenū vt bos comedit,
& rōbre cœli corpus eius
infectum est. Sic solet su-
perbiæ opprimere Dei
virtus immensa, ut discas
non esse nouum quod de
illius vltione cōperamus
dicere. Ita etiam Dei sa-
pientia inter partos de ho-
minibus triumphos, prium
minimeque dilatum im-
posterum esse disposuit quod
ad dæmones pertinebat,
vt statim in morte & re-
surrectione concularetur
Sathanas qui rex est su-
perbiæ.
(?)

CAPITVLVM VI.

Victoria de Sathanā expressa in Nabuchodonosor.

num. 1.

Diabolus ex sapientiae fastu intumuit. n. 2.

Diaboli versutia per Crucem elusa. ibid.

Consilij Sathanici dissipatio per Crucem. n. 3.

Indices dicti sunt reēti censores. num. 4.

NE Q V E vero extra chōrum saltare videbimus si arrepta occasione ex prophetica Danielis historia, non nihil præterea dixerimus de conficta Sathanæ superbia. Condignum plane supplicium viro superbo: sed multo condignius ei, cuius figura gessit Rex Nabuchodonosor. Consultò etenim utriusque personam, uno eodem vaticinio connexuit Esaias, nem pè diaboli, & Nabuchodonosoris, ut consumilem utriusque poenam proferret in medium, ubi ait: *Quo modo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane orebaris?*

& vt ea missa faciamus, quæ de amborum cassu illic enarrata sunt, id vnum hoc loco sese contemplandum obiicit, quod cum utrique reo commune fuerit; singulare tamen trophyum præfert de antiquo serpente. De Rege illo id enarratum audiuimus, quod merito insignis iactantiae depulsus sit ab humano confortio, ut cum bestijs, ferisque esset conuictus ille, scenumque instar bovis comedetur. Et ego quidem in triumpho paro de Principibus tenebrarum non tantum fortitudinem fortitudine superatam agnosco; verum etiam sapientiam

Capitulum sextum.

329

pientiam maiori sapientia confusam, & quod mirabilius est noua quadam insipientia, & quasi stoliditate comutatam. Nonne consimilem ei, quam audiisti metamorphosin contemplaris in Sathanā, ut cum bestijs, quasi vnaearum sit iam conuersatio illius; scenum quasi bos comedat & brutorum cibavitens in eorum quasi natum, & ingenium concesserit? omnes bestiæ agri colludere dicuntur ei quasi proprio capiti, & duci brutalitatis suæ. Hæc viuis suis apicibus depinxit nobis conditor vniuersorum in colloquio habito cum vira iusto, ubi ait: *Ecce Bebemoth, quem feci tecum, faxum quasi bos comedet.*

Iob. 40.

2

Greg. li. 33. Mor. c. 10. Rup. in Da ni. 4. cap. lib. con. 8. 8. runt omnes bestiæ agri ludent ibi. Non plane immiterito assumentus, & nos nunc denuo parabolam aduersus hunc Regem Babylonis, ut dicamus: *Quomo-*

*do cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane orebaris. Et enim quod præcipuam ei materiam iactantiæ subministrasse deprehenditur; non tam fuit decor iustitiae, quam ignorabat, quam splendor multæ sapientiæ, cuius in seipso radios contemplabatur attentius. Et ut inde præter cætera cœpit superbiendi occasio inde fuere ducta ruinæ primordia, iuxta contestationem Ezechielis, apud quæ italoquitur Dominus: *Ezek. 28 natum est cor tuum in decore tuo: perdidisti sapientiam in decore tuo: perdit sapientiam in decore suo, & in respectu venusta sis sus, quæ rata excellētia naturæ Angelicæ in tantâ miseria detractus est, ut cū bestijs inhabitans sceni alimento vesci prohibeatur instar brutorum animalium. Si quæris autem quo modo per sapientiam deturbatus sit è solio magnitudinis suæ, summam illic triumphatoris nostri glo-**

X 5 riam

riam licebit intueri. Quod enim gloriōsus trophœū comparari potuit de natu-
ra illa superba; & quæ sibi
rerum omnium scientiam
arrogare videbatur, quām
ut confusa & delusa per-
maneret, velut in insipien-
tia verbi, & assumptæ Cru-
cis velut insigni stultitia?
quod stultus est Dei ap-
pellat A postolus, & stulti-
tiam prædicationis vocat
crucifixi ignominia, quod
in eam sic offenderint sa-
pientes sæculi, turpius au-
tem principatus inferni:

Ezai. 29. Perdam (inquit) sapientiā
sapientium, & prudentiā
prudentiū reprobabo. Pro-
fesso quod olim à verbo
Dei gestum est cum An-
gelis Apostaticis in aufe-
rendis gratiæ muneribus,
nunc evidenter sese pro-
dit in nativa scientia, pru-
dentiaque confusa. Com-
prehensi sunt Sapientes
in astutia ipsorum. Elusæ
sunt artes, & dissipata con-
silia per id quod tam oc-
cultum in seipso claudet-

bat prudentiam Dei. In-
ter varia tormenta, in Cru-
cis opprobrio, in mortis in-
teritu, inter blasphemias Iu-
dæorum voces de sepulti
virtute direptum est Satha-
næ regnum, & machina-
menta illius oīnino diffo-
luta sunt, vt verum esse dis-
cas, quod oratione conti-
nua pronunciatum est de
ipso: Ecce spes eius frusta-
bitur eum, & videntibus
cunctis precipitabitur. Vi-
derunt etenim omnes fi-
nes terræ ad memoriam
Crucifixi concidere Ido-
la Gentium, & in nomine
illius curvari omne genu,
vt velut in conspectu om-
nium præceps agi dicatur,
nunc demum princeps te-
nebrarum. Vbi est antiqua
sapientia, & circumspectio
viarum tuarum, ne quid-
piam te fugeret, quomi-
n' tuto potireris imperio?
Verum, o vir secundum
Deum sapiens, non te con-
turbet mutatio externa il-
lius, cuius triumphos rete-
ximus: Apud ipsum (ait
Iob)

Iob 40.

Iob 12.

Iob

Iob) est fortitudo & sa-
piētia: ipse nouit & de-
cipientem, & eum qui de-
cipitur. Nimirum ut vtri-
que suam vicem rependat
huic ad eius vindicandam
iniuriam oppressionis sue:
illus ad eludendam falla-
tiam cogitationis iniquæ.
Adducit consiliarios in stu-
tum finem, & iudices in stu-
porem. Viros quondam, &
Angelos plenos consilij,
nunc demum stultitiae con-
demnat, co[m]missans in di-
uersum modum in ipsorum,
& qui vel ex mune-
re diuinæ gratiæ, vel ex
multa dexteritate ingenij
rectum de rebus iudicium
proferre consueuerant in
stuporem adducuntur, vi-
dentes se quasi omnipo-



CAPI-

tenti virtute à proprijs co-
gitationibus deturbatos &
per superiorem sapien-
tiam omnino confusos. An-
non ita evenit ei, qui ple-
nus oīl sapientia, & per-
fectus decore in delicijs
Paradisi positus fuerat ut
vicibus commutatis, iam
nunc in morem bruto-
rum, & quasi mentis in-
ops, fœni cibo pascatur?
Sic planè actum est cum
violentis possessoribus hæ-
reditatis alienæ, ut spe sua
frustrati per insignem po-
tentiam contubati sint in
proprijs consilijs ab eo
qui confringere dia-
citur in die iræ
sux Re-
ges.

CAPITVLVM VII.

Dies Redemptionis dies iræ est, si ad dæmonum confraktionem referatur. num. 1.

Redemptionis opus magna virtute patratum. n. 1.

Ira Dei quasi devoluta in Filium. num. 2.

Ira Dei vindicta & supplicium est. ibi.

Passionis acerbitas, & ignominia omnium grauiſſima. num. 3.

Iustitia ſeueritas in Verbo unigenito demonstrata. num. 4.

Si vero diē quæris iræ Domini, in quo Reges confracti sunt, ipsummet fuille dixerim qui & summæ clementiæ & supremæ benignitatis esse deprehenditur, nihil enim obstat diē eundem ad diuersa relatum, diuersis etiam ſeu contrarijs titulis annotari. Duo etenim ſunt in opere humanæ reparationis præcipua. Alterū quod misericordiam præfert in requirenda oue perdita & instauranda ruina humanæ conditionis. Alte-

rum est quod iustitiae rigorem statim offert humanis oculis in eripienda hereditate, Regnoque de manibus oppreflorū, in extermínado principe tenebrarū ē regno fideliū. Vtrobiqui autē extrema Dei nostri miseratione conspicitur & iustitiae vigor apparere dignoscitur, vt misericordia & veritas non inueniantur diſiunctæ, ibi vel maxime vbi ſumnum facinus patrabatur à Domino, utro bique etiam Dei virtus ſe ſe profert immensa, vt non mireris diem iræ vocari quem

Capitulum septimum.

quem nuper diem virtutis ſeu fortitudinis eſſe diximus, non tantum in aſſere da electorum salute, verū etiam in comparata de hostiis singulariæ victoria. Dies itaque virtutis, dies est iræ ad inimicos relatos, eos vel maxime qui & potentia nobiliores & fortitudine robustiores eſſe videantur. Et quidem frequens diei huius cognominatio inde ſumpta eſt, vt gratiæ, miserationis & clementiæ dicatur dies, quo genus humānum conciliatum eſt Deo in ſanguine Redemptoris: quia vero de confratione Regū & executio- ne diuini iudicij in perfidos intexitur fermo, magis ad rem eſſe videbatur, vt dies ille, dies iræ ac furoris. Dominivocari debeat, in quo vindicta insignis expedita eſt de hostiis, & contrita fuit rebellio indomita eius, qui Rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ. Et adhuc ſubeft ratio peculiaris ut diem alioqui miserationis

nis præcipuæ, diem iræ fuſis ſe dicamus, vbi ad Patrem referimus ſenſum clauſulæ huius, præterquam enim quod in die illo de morte, de Principiis tenebrarū, de Regib[us] terræ, de Iudæis perfidis duram: uſtio- nem experij ſuo tempore reuelandam, in ipſummet uñigenitum ſuum, deuoluit indignationem concep- tam in homines. Profecto ſi nomine iræ, ipſum iræ effectum tātummodo adſcribimus incommutabili maiestati, non alibi euidētius ſe prodidit ira Domini & iustitiae ſeuera censura, quā vbi ſupplicium à ſeruis in Filium dilectum douolum eft. An non dies iræ cē- ſendus erit, quo Pater miſericordiarum ſic animaduer- tit in Christum, ut pro ſalute mortaliū addixerit mor- ti Filium dilectionis ſuę, alioqui coæternum ſibi & pariter immortalem? non- nedies furoris Domini eſſe videatur, quo humana impietas permifſa eſt manus

nus iniijcere in Deum ipsum de Deo verum, contemplante illud excelso Patre, acta tota mundi machina expanescente ad magnitudinem opprobrij? Exhortuit iram Dei omnipotens vniuersitas creaturæ: & antiquæ præuaricationis vindictam effusam in Dei Verbum immensum absque magna commotione sui sustinere non potuit, quid ergo non dies iræ quo supremum de criminibus supplicium expetitum est; sic adeo ut nullum eo gravius excogitari queat? Si enim personam quæ personas luit attente respicias, nihil illa excelsius in gloria & maiestate. Si expendas singula quæ pro hominibus tolerat, nihil eis cruciabilius aut etiam contumeliosus. Discurre per singula, & enumera mihi vltiones vniuersas de gentibus, aut etiam de ipsis demonibus olim exactas: nec temere inuenis usque diuinij furoris tam eviden-

tem ostensionem, quam sit ea quæ se prodidit in Cruce ac morte Redemptoris omnium; quinimo quidquid hominum aut Angelorum est ad hanc rerum seiem pertinens, distat in immensum ab eo quod gestum fuit cum Reparatore orbis terrarum: quia secundum gloriam eius fuit & ignominia illius, quæ aetem glorianisi vñigeniti Filiij, ut & ignominia quoque velut immensum inde pondus supplicij videretur contrahere, quo excelsus esset absque certa mensura supra omne quod nuda creatura posset sive a Deo immissum, sive ab hominibus inflictum omnino tolerare. Dies sane iræ fuit quo ipsemet Filius vñigenitus pias ad Patrem quasi querimonias fudit dicens: In me transierunt iræ tue, & terrores tui conturbauerunt me. Super me confirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti su-

per

4

Hier. & per me. Vox est claman-
Aug. in iis ad Dominum Redem-
Psal. 87. ptoris omnium, dum in-
ter angustias mortis se
constitutum videret, qua-
si deuolutis super ipsum
fluctibus diuini furoris.
Dies nimis iræ fuit,
quo Pater excelsus ut pro-
priæ satisfaceret iustitiae,
Filio suo non pepercit sed
graui in ipsum vltione ani-
maduertit, ut qui om-
nium in se transmisit de-
bitum, omnium in se ipso
quodammodo sustineret
suppicia usque ad nouis-
sum quadrantem pre-
tij persoluendi. Sic enim
de illo contestatur Esaias
dicens: Ipse autem vul-
neratus est propter inqui-
tates nostras, attritus est
propter scelerâ nostra, dis-
ciplina pacis nostræ su-
per eum: & luore eius
sanati sumus omnes nos,
quasi oves errauimus:
vnuquisque in viam suam
declinavit: & Dominus
posuit in eo iniquitates om-
nium nostrum. Propter

scelus populi mei percusi-
fi illum. Quibus Verbis
nihil aliud sibi voluit
Propheta Domini, quam
vt insignem Dei vindic-
tam in proprium ipsius
Filium describeret, & rei
huius rationem redderet.
Nec enim vltio hæc res-
piciebat propria patientis
crimina, sed aliena, cau-
sam etenim agebat vni-
uersorum hominum Dei
Filius, in quo nostra om-
nium erat natura sine cul-
pa: nostra inquam, omniū,
non quod cunctis homini-
bus communem aut etiam
cuiusque singularem natu-
ram assumperit sibi Dei
Verbum: sed quia eiusdem
rationis humanitatem in se
ipso gestabat, ut nostras
omnium iniquitates expia-
ret. Ipse (ait) peccata mul-
torum tulit: & Dominus po-
suit in eum iniquitates om-
nium nostrum. Sustineat igi-
tur pro omnibus iram: &
manum vindicantis Dei nō
euadat qui omnium in se ac-
cepit crimina non vt ipse
reas.

5

Orig. Ho-
mil. 16.
in Num.
cap. 23.
Amb. in
Psal. 40.

Concil.
Ephe. epi-
stol. ad
Neflo. c.
13. Da-
mas. 3 li.
c. 11. An-
sel. de In-
car. Ver-
bi cap. 2.

Deus esset peccati, sed ut
culpæ reatu aboleret in se
metipso, pro vniuersorum
criminibus satisfaciens Pa-
tri. Quid mirum si person-
tit furorem, si diuinæ indig-
nationis & vltionis severi-
tatem experitur, qui in se
vnum transtulit quod erat
conceptæ iræ, & pœnas
alijs debitas in se pro illis su-
stinere constituit? bene die

iræ facimus eum, in quo ta-
lem vindictam executa est
manus omnipotentis Dei:
quia & ipsa vindicta inscribi
seu attulari solet sæpe in
diuinis Scripturis nomine
iræ, maxime apud Aposto-
lū, ubi sic loquitur: nūquid
iniquus est Deus qui infert Rom. 3:23
Eph. 5:6
Colos. 3:3
irā? Etrursus alibi: venit ira
in filios diffidentiæ: venit
ira in filios incredulitatis.

CAPITVLVM VIII.

Ira dies in hostium vindicta. num. 1.

Grandi potentia cum dæmonibus actum est. nu. 1.

Idem dies miserationis, virtutis & iræ. num. 3.

Zelus Christi pro electorum salute. num. 4.

Rerum omnium conturbatio in morte Christi. nu. 6.



ED & dies iræ
principia nun-
cupatur ratio-
ne hic ipse ad
Christi aduersarios rela-
tus, quod in eo exercuerit
dissimulatam, dilatamq; vi-
tionem in hostes Princeps
noster astante à dextris

Domini, qui Pater est ip-
sius. Quid enim non effe-
ruesceret furor Dñi, ubi
templum suum pollutum
conspiceret, & tabernacu-
lum nominis sui abomina-
tionibus idolorum conta-
minatum esse deprehende-
ret? Quid inde sanguire eius
in-

indignatio in hostes suos,
vbi propriū Regnū ab im-
pijs occupatum videret, &
crudeli tyrānde oppressū
populū dilectū intueretur?
An ne suorū electorū obli-
uisceretur Pater misericor-
diarum, & tanta fidelium
strage non moueretur be-
nignitas tanta? Imo vero
magno quodā zelo, accen-
sus Dominus pro populo,
& regno suo velut in iram
concitatus est: & multa in
hostes proprios cæde gra-
fatus, suprema eos exter-
ruit potestate. Quod erat
benignitatis in homines,
quorū negotium agebat, id
in aduersarios deuolutum,
austeritatē, rigorēque po-
tentia præseferre debuit.
Nam & grandipotentia, &
grandi concussione dexte-
ræ excelsi agēdum erat cū
aerijs potestatibus, vt sic cō-
turbarentur Principes tene-
brarum, robustos inferne
possideret tremor, cbrigef-
cerent omnes habitatores
tartarorum. Nonne zelum
Domini pro hæreditate

propria, & iram indignatio-
nis animaduertis in tyran-
nos, & oppressores illius,
dūta loquentē audis apud
Esaīā, cuius ea sunt verba?

In Agyptum ait Domi- Esa. 52:1

nus, descendit populus meus
in principio, vt colonus esset
ibi: & Assur absque illa
causa caluniatus est eū. Et
nunc quid mibi est hic, dicit
Dominus: quoniam ablatus
est populus meus gratis? Do-
minatores eius inique agunt:
& iugiter tota die nomen
meū blasphemant propter
hoc sciet populus meus no-
mē meū in die illa: quia ego
ipse qui loquebar, ecce ad-
sum. Intuere obsecro quan-
ta sit emphasis verborū in
explicandis visceribus Di-
uinæ clementiæ erga popu-
lū eleētū, quāta sit dicentis
energia in effusa indigna-
tionis austeritate aduersus
dominatores iniustos, &
oppressores electi populi.
Iam enim Maiestas incom-
mutabilis quasi dimoueri
à loco, & scilio gloriæ suæ
gestit, vt affectus exprimat

Y huma-

humanoſ quibus commo-
tus animus in vltionem cōci-
tat aduersariū ipſius. Iaq;
producto exemplo veterū
facinorum quæ patravit in
gentibus, in AEgyptijs, &
Alſyrijs, properatum ſpon-
det auxilium, quo mæſtos
animos, & humi prostratos
erigat in ſpem adipiſcendæ
ſalutis, ablata de medio ſu-
perba dominatione ac ty-
rānide qua populus Domi-
ni premebatur ab inimicis.
Ad libertatem namque Fi-
liorum Dei, & Eccleſiæ
Christianæ contendit pro-
pheticus ſermo, ad quam in
capitihuius exordio loque-
batur idem Propheta di-

Tertul. aduer. In dæos de claritate Gētiū. & lib. 4. Atba. de fide vni- trini.

cens: *Conſurge conſurge, induere fortitudine tua clariſtate ſton: induere veſtimentus gloria tua Hieruſalem ci- pōream piaſtentiam pol- licetur idem Dominus di- cens: Quia ego ipſe qui lo- quebar ecce adſum. Pro- fecto Saluatoris aduen- cum in portentis & ſignis,*

velut in furore venientis,
in pauore ac terrore ini-
micorum, in ira & indig-
natione, in vaſtitate ho-
ſtium, & excidio aduer-
ſariæ potestatis reuelan-
dum fore audimus, vt ni-
hil iam videatur mirum ſi
dies miferationis ſummæ
oſtensus in Cruce, ap-
pelletur, & dies virtutis,
& dies iræ Domini in con-
tumaces, & rebelles. Instar
enim priorum operum, &
hoc geſtum eſt ſub occulta
ta ſpecie, imagineque præ-
cellentis fortitudinis. Nam
& huc pertinebat quod
paulo ante cum Redem-
ptore mortalium loquens
idem Propheta dixerat in
hunc modum: *Conſurge, conſurge induere fortitu- dinem brachium Domini: conſurge ſicut in diebus antiquis, in generationi- bus ſeculorum. Nunquid non tu percuſiſti ſuper- bum, vulneraſti draconem?*

Attende magnalia, in- tuere monstra irati Dei, manum præualidam in ho- stes

Efai. 51.

ſtes perpende. Siue nanq; referantur hæc ad ruinam, & conuafationem anti- quam ſuperbiæ Angelicæ, ſiue ad AEgypti punitio- nem, & Pharaonis contu- maciam deuictā, inde ſumpta metaphoræ patratæ ſa- lutis à Redemptore om- nium, aperte describi- tur quod virtutis eſt, & quod iræ Dei omnipoten- tis. Alioquin quomodo po- pulus Domini agnoveret nomen eius in die illa, ni- fi in ira ſua confregiſſet omnes oppugnatores ſui ipſius? Dies plane fuit iræ quo ascendit in Cru- cem Redemptor ad vin- dicandam iniuriam ſibi fa- etam in electis, vt inde terret aduersarios ſuos, diriperet impiorum ſpo- lia, optatam ſuis pacem, libertatemque restitueret, confracta Principum mun- di arrogantia, & proſtrata ſuperbia. Dies fuit qua- fi furoris Domini pro po- pulo ipſius, pro dilectis filijs, quos in doloribus

parturiebat, ſecundum paſ- ſibilem humanitatis natu- ram, & ſecundum pro- priæ Diuinitatis ſubstan- tiām quaſi leonina qua- dam ferocitate require- bat. Natura namque mor- talis quaſe Redemptori con- tulit, vt pro hominibus pa- teretur, velut in anguſtia cordis progenuiſſe vide- tur ad vitam immortalem filios regni. At æterna & incommutabilis ſubstantia Diuinitatis, quaſe patienti homini virtutem immen- ſam eſt largita, præſtitit ei, vt horrenda in hostes cæde graſſaretur, & ſub- uerteret funditus regnum diaboli. Et qui ex af- sumpta mortalitate occu- buit in morte velut agnus mansuetus, ex eo quod Diuinum eſt Leonis fe- ciam demonstrauit illuc in ſupplicio fortium inimico- rum ſuorum. Irrugit in Cruce quiſi Leo Redem- ptor ſæculi: & emissa vo- ce magna totum concuſſit Orbē. Inferorū penetra- uit

uit claustra: mudi rectores exturbavit à sedibus suis. Desævit quasi vrsa, & quasi leæna præreptis catulis: & velut in indignatione multa prædam eripere festinavit è manibus persecutorum crudelium, vt & hic agnoscas quod sæpe nobis se se obijcit in enarrandis Gen. 49. Redemptoris triûphis. *Catulus*, ait, Leonis Iuda. Ad prædam filii ascendisti. Requiescens accubisti, vt Leo & quasi Leæna. Intue re rugitum & quasi furorē Leonis nostri: Requieuit quasi agnus in morte: & nec totum quod in illo gestum est, ad nudam carnis infirmitatem pertinere suspicaris; Requiescens, inquit, accubisti vt Leo & quasi Leæna. Ibi tuam exeruisti fortitudinem: ibi quasi leoninum furorem declarasti super inuasores Regni, & direptores hæreditatis tue. Nam & in argumentum siue demonstratæ, siue dissimulatae virtutis, dum in summa tranquillitate offer

bacu

Esa. 14.

retur sacrificium, & pro transgressorum criminibus pia effunderetur oratio, commouentur elementa, conturbatur vniuersus Orbis, & totius creatæ naturæ antiquus ordo, concentusque dissoluitur, nimirum vt diem iræ ac furoris Domini adesse perpenderes, ubi alioquit tantam contemplaris patientis mansuetudinem. In die igitur certaminis, die quo in arenam descendit cum hostibus Redemptor mortalium, confregit Reges velut in furore suo. Dies etenim iræ fuit, cù religatus Sathanas missus est in stagnum ignis, & sulphuris: cum ablata est antiqua dominatio, & iugum captiuitatis, seruitutisque excussum à nostris cervicibus. Iam enim denuo parabolam hanc assumere licebit aduersus Regem Babylonis, Principem te nebrarum, & confusæ ciuitatis rectorem. Quomodo cessauit exactor, qui uis tributum, contriuit Dominus

baculum impiorum, virgam dominantium, cædantem populos in indignatione plaga insanabili, subiectiem infuregentes, persequenter Reges in die iræ suæ, sed non sine Redemptore ipso, qui communem habet in hac parte operacionem cum Patre, eandem obtinet cum illo virtutem.

CAPITVLVM IX.

Dies iræ ad ulteriora tempora refertur. num. 1.

Regum nomine uterque Herodes accipitur. numero. 2.

Herodes & Pilatus Reges dicti. ibi.

Dies iræ dies iudicij nouissimi. num. 3.

Dies iræ ad decursum refertur præsentis seculi. numero. 4.

Dies impiorum. ibi.

Persecutorum Christi & Ecclesia confidentia. numero. 5.

Impius omnem Dei timorem à se abijcere conatur: ibid.

Iudaorum obstinata & nimis secura impietas. numero. 7.

AN verò his pre-
metur angustijs
victoria Redem-
ptoris , quam relaturus
prædictitur in confractione
Regum , ad diem iræ
suæ. Ampliorem sane fa-
ciamus necesse est con-
quassationem hanc Prin-
cipum , & diem commi-
niscamur vñterioris vindi-
ctæ alium ab eo quo pa-
trata est in Cruce salus,
& pax, libertasque totius
Orbis asserta. Alios iam
Reges , & diem alium in-
uestigare cogimur , quo
conterendi sint Principes
aut vero contriti , iuxta
phrasim prophetaræ , quæ
nonnumquam ob multam
reicertitudinem, futurum,
vt præsens, aut etiam qua-
si præteritum depingit.
Statim vt de confractione
Regum in die iræ Do-
mini mentionem factam
audimus , subit mentem
vaticinium antiquum de
coniuratis Principibus ad-
uersus Redemptorem sæ-
culi, de quibus ita pronun-
ciatum est in Psalmo secun-
do. *Astiterunt Reges ter- Psal. 2.*
*ra, & Principes conuene-
runt in vnum aduersus Do-
minum, & aduersus Chri-
stum eius. Quis enim Do-
minus, & quis est Christus
ipsius , nisi Pater excel-
sus, & Filius in carne mor-
tali , à cuius dextris Do-
minus in die horrende cer-
taminis adesse perhibetur?*
Et Regum nomine forsitan
vñerque Herodes intellectus est : *quorum alter*
in Redemptoris infantia
vsque adeo desexuijt, vt in
eius persecutione multa
*millia innocentium cru-
deli morte peremerit. Alter*
vero & in morte
Christi consensit , & in
eius Apostolis persecutus
est regnantem in cœlis
eundem Redemptorem.
Aut verò Herodem , &
Pilatum sub Regum vo-
cabulo comprehendimus,
vt quod de Principibus
subillatum est , referatur
ad alios qui Principes Sa-
cerdotum esse dicebantur.

Nam

2

Hyla. &
Glos. In-
terlin. in
Psal. 2.

Nālicet Pilatus ipse nō vi-
deretur pollere regia pote-
state, vicariam tamen au-
thoritatem ita gessit, vt rex
esse videretur , qui & re-
gulos sub se habuisse com-
probatur , principum au-
tem in Sacerdotibus plu-
ralitatē pepererat ambitio
cupiditasque , vt iamiam
interitum Sacerdotium putaretur, vbi contra præ-
ceptum Moysis multi do-
minabantur , neque ve-
ro id respuo quod & pri-
moribus Ecclesiæ visum
est in hac parte , vt per
syllepsin , siue synechdo-
chen pluralis vñerobique nu-
merus ad singulos tantum
referatur. & regum vo-
ce intelligatur Herodes,
principum conceptione ac
cipiamus Pilatum . Nam
& huic sententiaræ conso-
nare videtur Apostolica
intelligentia , dum totus
ille Senatus , ore uno ad
Deum conueritus ita lo-
quitur. (Domine qui Spi-
ritu sancto per os Patris
nostri David pueri tui *Act. c. 4.*
dixisti. Quare fremue-
runt gentes & populi
meditati sunt ~~in~~ *in* *anxia*
Astiterunt Reges terræ,
& principes conuenerunt
in vnum aduersus Do-
minum & aduersus Chri-
stum eius.) Vt autem vi-
deres quosnam sub regum
& principum nomine ac-
cipere debeamus, id con-
tinuo adiectum est , con-
uenerunt enim vere in ci-
uitate ista aduersus san-
ctum puerum tuum Ie-
suum Herodes & Pontius
Pilatus : cum igitur con-
fractos fuisse audis Reges
in die iræ aut furoris Do-
mini, ad eos primum te cō-
uerte qui & priores fuere
in illius persecutione, quod
si diē iræ aut furoris refer
revolueris ad tēpus extre-
mi iudicij : iam commu-
nem illius facis vindictā cū
cæteris ducibus & Regi-
bus terræ, qui Dominū &
Saluatorem diutius per-
secuti sunt . Nam & dies

Y 4 ille;

3

4

Eccles. 5.1

ille, dies iræ appellari sollet: & in eo ipso conturbādi esse dicuntur Principes ad farorem Domini. Iam enim eiusdem erit iudicium de principibus terræ, qui dum adhuc in terris comoraretur cum illis, duræ sententiæ iudicium subiit, Crucis morti addictus. Sed nunquid humani ausus & principum terræ, tumultus excitati aduersus Dominum, & aduersus Christum eius non usque comprehendentur, donec in iudicium adueniat ipse Redemptor, qui eos omnes conterat æterno supplicio? Imò verò ante diem nouissimum sèpè Dominus audaciam cōpescit, & præoccupat homines in delictis suis, ut diem confractationis Regum latius patere faciamus. Habet plane diem suum semita impiorum: & absque præfinito durationis termino regnare gesit impietas: *Inuocauis* (ait Iesus filius Syrach) *Dominum patrem Domini*

mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superborum sine adiutorio. Tempus ergo suum habet arrogantia: diem suum habet impius & superbus. Nec occasum huius fore suspicatur, quem tamen Deus illi donat, ut ab iniuitate resipiscat, & ad semitam reueratur iustitiæ. Aeternum si bi promittit diem inuasor Ecclesiæ, oppugnator fidei: & quia non continuo debellatur impietas, non statim obuiatur temerarijs ausibus, putant homines perpetuum fore, quod ad momentum durat & in punto refecatur, omnipotentis virtute. Et hoc quidem generatim de omnibus impijs pronunciauerat Salomon, ut exprimeret effectus & studia hominum, qui occasionem arripiunt ex multa Dei nostri patientia, longanimitateq; ut suā persequantur animi libidinem: *Etenim* (ait) *quia non profertur cito contra malos*

Eccle. 8;

sen-

sententia, absque timore vel lo filij hominum perpetrant mala. Verum ut à generali sermone ad specialem veniamus, qui erat instituti nostri, videamus persecutorum Ecclesiæ malitiam effrenem, & contumacem superbiam eleganter descriptam à Regio Propheta. Vbi enim astitisse Reges & Principes in vnum conuenisse docuisset, illud continuo subnexuit, dicens: *Dirumpamus vincula eorum: & projiciamus à nobis in gumi ipsorum.* *Abiiciamus à nobis quidquid in Deitatem continere nos poterat:* & audaci conatu, leges universas dirumpere festinemus. *Excutiamus à nobis in gumi dominationis duræ, ne quidquam obseruetur oculis,* quod à constante persecuzione Dei Patris & Christi eius cohibere nos possit. Cupit impius à se repellere timorem Domini, ut quasi disruptis vinculis diuinæ preceptionis, effrenatè persequatur desideria cordis

sui. Iam enim neq; Dei reuerebitur imperium: nec verem propriæ conscientiæ perpetuo exagitantem & promouentem ad bonū in seipso persentiet. Omne supplicij suspicionem à se exterminat, ut possit liberius proprijs cupiditatibus indulgere hinc enascitur, ac potissimum fuetur insignis rebellio, quod nec si nē præstolentur homines audacis impietatis, nec obsistendū sibi vñquam existiment Dei omnipotētis virtute. Id quod præcipue tyrannis, & oppressoribus euuenire testatus est Psaltes noster in allegato loco: q; adhuc apertius explicatum habemus ab ipso Dño, & Redemptore omnii. Cum enim longam parabolā texeret de vinea locata agricolis, de servis missis ad census, seu redditus exigēdos: *Altos* (inquit diuina Historia) ceciderunt, *altos* *lapidauerunt, altos occiderunt.* Tandem ad filium de uenitur, cui ob patris familias

Y 5 llias

6

Mat. 21

Luc. 20.

lias reuerentiam maior vi-
debatur deferendus honor,
magis certe formidanda e-
rat impietas in ipsum admis-
sa, sed audi contrarium per-
uersorum hominum iudi-
cium. *Hic est* (aiunt) *hæres,*
venite occidamus eum: *&*
habebimus hæreditatē eius.
Contuere ad literam consi-
mile huic iudicium in mun-
di principibus. *Hic est* (in-
quiunt) *hæres venite occida-*
museum; *& nostra erit hæ-*
reditas. Id sibi pollicebatur
principes sacerdotū & pri-
mores populi de morte vni-
geniti filij Dei. Vide quo-
que Imperatorum Gentiliū
& crudelium persecutorū
Ecclesiæ arrogatē impie-
tatem, non breui, non cito
finiendam oppressionē mo-
liuntur. *Nostra* (inquiunt)
erit hæreditas: firma posse-
sione illā obtinebimus: nec
poterit quisquā eripere ip-
sam ē manibus nostris Dei
patientiam dissimulantem
vident & abutuntur ea: diui-

tias bonitatis & longanimi-
tatis eius contemnunt, nec
tamen diem iræ ac furoris
Domini affuturū: vñquā
arbitrantur sibi, quo depel-
lendi sint male parto regno
& cogantur etiam nolen-
tes abdicari à se ipsis hære-
ditatem Domini, quam in-
iuste occupant, sic pertinax
Iudeorū perfidia quasi pos-
sessione perpetua arroga-
bat sibi hæreditatem Domi-
ni: & Regnum fidei iure cō-
mentitio vendicabat sibi. Id
circo Dei filium interficiūt,
ne forte ad eius prædicatio-
nem, aut vero per Romanā
potētiā lege, sacerdotio,
sacrificijs, & sacramentis, ac
demum omni sanctimonīa
templi manerent destituti.
Nostra (inquiunt) *erit hære-*
ditas: quam etiam cum di-
lecti filij occisione conqui-
rimus, quam de terris subla-
to crucifixi nomine in per-
petuum tuebimur, re-
tinebimus-
que.

CAPITVLVM X.

*Dies Domini. num. 1.**Dei longanimitas & patientia. num. 2.**Miserationis & vindictæ discrimen. num. 3.**Dei propensio ad miserendum. num. 3.**Dei beneficentia ex charitate ortum habet. num. 4.**Miserendi principium in Deo infinitum. ibi.**Iudicij æquitas in puniendis imp̄js. num. 5.**Iudæi diu ad pœnitentiam expectati. num. 6.**Patientiæ Diuinæ indicia & signa. num. 7.**Virga Aaron seruata in signum Iudaicæ rebellio-
nis. num. 8..*

1

Hucusque dies ho-
minum & morta-
lium cogitationes
insipientes: quid vero his re-
liquo manet: & quid ha-
bet cogitatio Dei omnipo-
tentis? sane diem suum ha-
bet æterna sapientia, quo te-
lam impietatis succidat, &
quasi fila texentium, quasi
aranearum opus instabi-
le omnino dissoluat, cōuer-
tatque in fauillas & cineres,

non est incerta præfinitio
diuinæ prouidentiæ, nec ig-
notus dies exercendæ vin-
dictæ in violentos occupa-
tores Regni & oppresores
fidelium. Diem suum ha-
bet sempererna iustitia, nec
in tanta securitate homi-
nū impiorum dormitat ira
Domini in vindictā exēta.
Et illi quidem habent diem
suum permitte Domino
& dissimulante interim ad
pro-

probationem electorum. At vero incerta est periodus & ambigua duratio diei illius. Verum aliter se habet de die Domini & die Christi eius, statam habet diem Redemptor, in qua confringat & conterat principes sæculi quas siguli quod instaurari nequit, ut nec semitas suas inueniat superbus, nec antiqua molimina persecutor, nec consilium pristinum deprehendat crudelis inuasor, nec ad priores ausus aspirare, seu redire valeat temerarius & impius sanctorum homicida; seruat singulis iudex æquus diem suum, etiam ante finem sæculi, ut de causis ac meritis uniuscuiusque decernat. Quid tibi æternum diem pollicaris, ô impie oppugnator ecclesie, quasi nulla vnuquam sit Dei dispositione claudendus? conniuet quidem & tacet interdum æquitas iudicis: & patien-

2

tia illius ad poenitentiam te expectat: nam & ita loquentem audio Propheta Donini: *Propterea expe- Esaï. 6.*
*Et at Dominus ut misereatur vestri: & ideo exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicij Dominus. Expende, si placet, verba singula, ut diuitias bonitatis ac longanimitatis Domini agnoscas, qui cum iustus sit æque ac misericors, in eo vel maxime exaltari perhibetur, ut misereatur & parcat: quia nimur ad miserendum cōmouetur ex seipso, ad puniendum, vindicandumque in alios, prouocatur velut in virtus alienis criminibus. Idcirco qua- Vide S. si dolens ac lugens in hoc Tho. 2. 2 adduci describitur, ut vindicta exequatur in impios, Iuxta id quod in Genesi legimus: *Tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit, hominem quem creavi, a facie terræ ab homine usque ad animalia, a reptili usque ad volucres cœli. Quod vero**

3

4

vera gratia, ac miserationis est quasi lux abundans & exultans operatur in hominibus, quemadmodum in testimonio Esaiae animaduertimus, ut alia interim omittamus. Nam expectationis verbum maiorem habet energiam in Hebreæ lectione, ut significet Dominum quasi anhelare, inhiareque ad id quod est cōdonationis & veniae, benignitatis & gratiae, quasi ex singulari quadam propensione animi prouenire insinuatur, quod ad hunc ordinem impensæ beneficentia in voluntate eius. Suppli- cium à nobis accessitum es sedicitur, qui ad iracundiam cōcitamus Dominum: vii ergo autem remedium & medicamentum salutis ex ipsis animo & voluntate prouenire fertur, vis nosse quæ ex corde & animi preciuitate prouocetur Dominus ad benefaciendum, misere dumque? Rem ex proprijs principijs expendamus, ut facile comperies immensum aliquid in hac parte præferrī oculis tuis: Paulū audiamus, qui cum d'eredemptione exhibita loque retur, ita dicit: *Propter nostram charitatem suam quæ dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuiscauit nos Christo (Eterius)* Non ex operibus iustitiae quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Si ergo Dei bonitas, si caritas, si misericordia est primordialis ratio & originalis benefaciendi, & miserendi, & nihil horum non immensum in

Epheſ. 2.

Tbre. 3. tia spectat. In iis quæ ad punishmentem & inflictionem poenitentia attinent ita de Domino pronunciatum audiuitus: *No enim humiliauit ex corde suo, & abiect filios hominum. De beneficiis autem in illos collocandis plena sunt eloquia divina perpetuae acclamationis, ut nihil magis cordi esse testentur, quam ut peccator conuertatur & viuat. Ira (inquit) in indignatione eius, & vi-*

q. 2. 1. art.
2. & in
Iob. c. 40
Genes. 6.

Psal. 29. *Ira (inquit) in indignatione eius, & vi-*

in illo esse agnoscitur: profecto propensio ipsa & miserationis affectus quem charitas & misericordia suscitata, tale quidpiam erit. Nihil enim diuinum, Deo inferius est, nihil in Deo, minus est infinito, quod si hæc ita se habent, non est quod ad effecta ipsa diffluamus, ut ex illis venemur supremam hanc propensionem diuini cordis ad impendenda nobis propria munera, videmus fateor, iustificatam sapientiam in operibus suis quasi nihil non egerit ad nostram salutem, qui tanto negotio requisiuit ouem perditam, tantis impendijs eam redemit sibi: verum ad superiora nos euehit diuinus Apostolus, qui & efficiens principium & velut incitamentum collocandibeneficij tam magnum obiecit oculis, ut Dei sit charitas & misericordia infinita, talem quoque sese exhibet Dominus in protrahenda impie-

tatis vindicta. Quis enim sustinere posset vtricem manum Dei omnipotentis, si non ad horam dissimularet & dormitaret videretur ad peccata mortalium? non igitur o tyranne impie, o audax & temerarie persecutor Ecclesie & Christiani nominis, ad oblivionem putes pertinere illius qui a dextris assidet, quod ad horam fileat, ac dissimulet vltionem, nec enim præceps, aut furibundus irruit in viros peccatores: non in eos præcipitatam sententiam ferre cupit ut improuidos, imparatosque insuoluat supplicijs, quin potius in hac ipsa longanimi expectatione significacionem exhibet cunctis hominibus, ut fugiant a facie arcus: qui quanto diutius protenditur in vindictam malefactorum, tanto grauius feriet suo tempore rebelles & ob firmatos in malo. Sane in hoc ipso non præcipiti aut

6 aut properato suppicio sumnam quandam iudicis æquitatem intuemur, non abolitam memoriam gregis tuendi, quem bonus pastor tam sollicite requiescuit, congregavitque, & e caulis dispersum direptumque suo sanguine redemit. *Quia Deus inquit iudicij Dominus.* Audi superbe dominator in populis: audi tyranne qui impune arbitraris te graffaturum in ouile collectu a Christo, poterat quidem immensa Dei virtute in momento disperdere & tuis conatibus celeriter obuiare, expectat autem ut vel misereatur tui si resipiscere volueris, vel in die iræ suæ te ipsum confringat & dissipet tua molimina: quia Deus iudicij Dominus, non temere, non absque iudicio animaduertit in impios, & abrumpit telam quam ordini cepérunt, quasi ebrius a furore, quasi impotens animi effectus ab ira indig-

nationis suæ. Cum audis, o vir fidelis in die iræ Domini confractos siue confringendos, esse Reges, non subeat mentem tuam suspicio vlla turbati aniini & subito præter metas rationis ad vlciscendum concitati. Nā Deus iudicij Dominus. Idcirco iudicij nuncupatur Dominus, quia in æquitate iudicij in pondere ac mensura rationis libratur, appenditque siue iustorum siue iniquorum sortes ad vitam vel mortem, ad præmium vel supplicium, nam & cum ad enarranda ea quæ in causis hominum efficienda sunt a Redemptore mortalium deuentum esset siue in vallum ad impletione, siue in montium humiliatione, in conquassatione Regum aut etiam regnum: prius meminit iudicij Propheta noster, ut diceret. *Iudicabit in nationibus: impletbit ruinas: coquassabit capita in terra multorum. Iudicio*

res agitur, ut non præceps existimetur sententia, sed multo quodam quasi consilij libramine expensa & iusto æquitatis pondere cōstabilita. *Tu autem* { inquit Sap. 12. *Sapiēs*) Dominator virtutis cum tranquillitate iudicas: & cum magna reverentia disponis nos. Iterum te compellare volo quicumque is es persecutor Christi & ouium ipsius, ut videoas quātūdinationis emphasi exprimat vir edoctus diuinius lenitatem, benignitatemq; supremi iudicis. Etenim cū tanta polleat virtute, ut princeps fortitudinis ac Dominator virtutis esse dicatur, non tamen continuo exerit magnitudinem potentiarum, ut deturbet impios in barathrum damnationis suarum, quinimo cum tranquillitate iudicat, decernitque de causis mortaliū: & cū magna reverētia quasi multæ circumspectionis, propitiatiōnis & gratiarum disponit ea quæ ad homines pertinent. Quod grauius piacu-

7

lum quā id quod Iudea commisit in propriū Redemptorem? Et tamen quod viri perfidis iam olim communatus fuerat Saluator nō infixit supplicium, donec omnes qui rei erant tanti criminis, & qui sanguinis effusi reatum super caput suum & filiorum deuoluerū petierunt, peritus consumerentur, interirentque. Quid enim? sane qualis dolens super excidio & congestis miserijs, quib⁹ inuoluendus erat infelix populus, longas eilargitus est benignus Redemptor ad pœnitentiam inducias, ut post quadraginta annos vibem & templum cum gente obstinata & rebelli demoliretur. Iam enim causari non possent viri perfidi præuersus Iudeos, de-

Tert. ad
Iudeos, de-
claritate
Genui &
Etati sunt quandiu sub hac lib. 3. ad-
luce perdurare illis contigit. Sæpe Dominus post apertam ostensionem criminum post varia indicia

8

& argumenta exhibita indignationis suarum iamiam effervescentis in impios, diu turnam eis exhibit patientiam, si forte reuertantur ad cor. *Dedisti* (ait vir Propheta) metuentibus significatiōnem, ut fugiant a facie arcus. Quid vero non metuentibus, & ijs qui absque ullo timore in propria iniuitate requiescunt? In his plane iustitiae suarum demonstrat æquitatem, ut non habeat homo aduersus Deum, vel iustas, vel verisimiles querelas de propria damnatione. Nonne significatio magna data est vniuersitati mortalium, ubi Noë tantis impendijs, & cum tanta sollicitudine construxit arcam in salutem electorum, cum iudicium vicinum annunciatet gentibus, ut pericula euadent calamitosi temporis? Operosum fuit negotium, & in longinquum protracta strues arcæ illius, ut significaretur longanimitas Domini super eos qui & longiores traxerunt funiculos impietatis suarum. Nam & si fidem habemus Patribus, illud ab eis obseruatum accepimus in sanctis Scripturis, nempe quod ad centum circiter annos perdurauerit significatio hæc effundenda vindictæ in homines peccatores. Admonitus enim à Domino cum quingenitorum esset annorum, postea sexcentesimum expluisse dicitur quando aquæ Diluvij inundaverunt super terram. Cui sententia videtur astipulari Petrus Apostolorum Princeps, ubi hominum recordiam, impoenitiam, & soporem notauit his verbis. *Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabat Dei patientiam in diebus Noë*, cum fabricaretur area. Expectabant ait, Dei patientiam qui & ipsi magis sustinebantur ad veniam. Contra vero plerique illorum, se-

Chrysos.
hom. 25.
in Gene.
Ruper.
lib. 4. in
Gene. cō.
cap. 19.
Gen. 7.
8

Z cun-

cundum propriam duritatem, & impoenitens cor thesaurizabant sibi iram in die iræ; concitatique furoris. Iustificatur Dominus in operibus ac sermonibus suis, & vincit cum iudicatur. Nam & cum Filij Israel ob multas blasphemias, & obstinatum incredulitatis affectum à terræ Promissionis ingressu suis sent coerciti, ut quadraginta annorum spatio in deserto occubuerint ob murmur rationis peccatum, iudicij sui æquitatem in perfidos volens ostendere Domi per.lib.2 nus, ita loquitur ad Moy in c. 17. sedem virga quæ singulariter fronduerat inter omnes alias. Referit ergam Nu.17. Aaron in Tabernaculum

testimenij, ut seruetur ibi, in signum rebellium Filiorum Israel, & quiescant querela eorum à me. In signum afferuatur virga. Quæ & rebellium condement perfidiam, & Domini iustitia, impatientiamque contendet, ut & longaniment agnoscamus in expectanda peccatorum poenitentia, & iustum, in æqua obstinatae impietatis vindicta. Alioqui & tu quoque præstolare seueram vltionem suorum tempore in te deuoluendam, qui obfirmato animo bellum ciere non desiris aduersus Dominum & aduersus Christum in his, cuius.

Capitulum undecimum . 355 CAPITVLVM XI.

Cur homines non item Angeli ad pœnitentiam expectati. num. 1.

Adæ præmonitio de peccato, & Redemptione illius. num. 2.

Miseratio in homines præueniens, & subsequens. num. 3.

Iudicij Diuini tranquillitas. num. 4.

Captivitas AEgyptia, & Babylonica præscita. numero. 5.

Persecutio sub Antiocho signis ostensa. ibid.

Longanimitas Dei in Iudicijs Regnorum. num. 6.

Iudicij tranquillitas in Principes terræ. num. 7.

Dies iræ quorū propositus in medium. ibid.

1

RE C T E igitur diē statā, & tēpus vindictæ præfini-
tū, appellauit Propheta diē irę Dni, ut & benigna Dei nostri sustinētia significata sit, & seueritas vltionis seruata imposterū. Nec enim dies iræ nūcupatur is quo delictum cōmittitur, sed is potius in quem animaduer-
sio reseruatur. Vbi & intue-
ri licet quanto benignius se gerat illa prouidentia in humiles homines quā in sublimes, & spiritales substā-
tias. Et tamen vbi mera est gratia vocationis Diuinæ, non est aliena dispōsitio a multa Dei nostri prudē-
tia, & sapientia. Vbi etenim tam cito est in Ange-
lis cognitio, tam præpo-
pera rerū siue agnoscēda-
rum

Z 2 rum

S. Tho. rum siue agendarum comp.
1. p. q. prehensio, non fuit opus
84. ar. antiqua præmonitione, sed
3. co. tantum inspiratione, com-
Gen. ca. motioneque in bonum ce-
91. & de veri. q. lerrima. Porro ubi tam im-
15. ar. 1. mobilis est animus in re se-
mel apprehensa, non ita se
prodit longanimis illa Dei
nostræ expectatio ad men-
tem in melius commutan-

Damaf. li. 2. fid. minum generc ita perpe-
or. ca. 4. tuo actum est, ut ante rui-

Thom. 1. p. q. 64 nam de illa præmoneren-
ar. 2. & tur, & post lapsum diutur-
q. 24. de na eslet malorum præno-
veri. ar. 10.

calamitatis vrgerent virū
peccatorem ad deliberan-
dum de correctione vitæ,
quo parata sibi deuitaret
supplicia. Sane cum primo
parente ita se gessisse vide-
tur Dominus immisso in
eum sopore, & costa eius
in mulierem compacta, ni-
mirum, vt prouidus eset
peccati effugiendi, & præ-
scius iræ vindicis effunden-
dæ in vnigenitum Fliuni,
qui & sponsus fanguinum

futurus erat in Ecclesia pro
illius reconciliatione ad Pa-
trem. Nam & illud connu-
bium meditatus est Adam
cum à somno consurgeret
diceretque: *Hoc nunc os ex Gen. 2:
ossibus meis, & caro de car-
ne mea. Quamobrem relin-
quet homo Patrē & Ma-
trem: & abhærebit uxori
suæ, & erunt duo in carne
vna.* Et hoc ipsum quasi in
sublimiorem sensum inter-
pretatus est Apóstolus; *Sa Eph. 5:
cramentum hoc (inquiens)
magnum est, ego autē dico
in Christo, & in Ecclesia.*

Projecto qui præsentaneo,
& efficaci remedio obie-
cto inuirarat ad indulgen-
tiā peccati, non respuit
poenitētiā peccatoris ad
se reuersi, & conuersi ad
Dominum. Illuc fecit po-
tentiam in brachio suo, vt
in momento comprimeret
superbiā spirituum erigē-
tiū se in altitudinem Dei.
Hic velut infirmatum est
brachium Domini suscep-
ta fragilitate nostræ carnis,
vt nobis suam elargiretur
for-

3

fortitudinem ad resurrec-
tione, adhortationeque in
bonum, & eas ipsas profe-
quitur post peccatum mi-
sererationibus multis? In om-
ni statu mundi & deterriti
sunt homines à casu fu-
tuoro, & diutius expectati ad
conuerzionem à peccatis.
Nam & in diebus Noë nec
ē lingue fuit testimoniu-
m arcæ construūtæ, neque
mutum fuisse putandum
est os ipsius senis qui serua-
tus erat in salutem gentiū.
Ideo etenim viros illos in-
credulitatis accusat Petrus

Sap. 6.

^{1. Pet. 3:1} Apostolus, quia prædicati-
onem viri iusti fidem non
adhibuerunt. Quam vero
diutina fuerit illa expecta-
tio Domini ad veniam, iam
ex Patrum fideli obserua-
tione annotatū effecimus.
Iam vero quod in Sodo-
mis, & Gomorrhæis, & ci-
uitatibus alijs, quibus male
dixit Dominus actum le-
gis, vt post longum clamo-
rem, & clamorosam infa-
miam delicti pedentim
aduenire dicatur Iudex ad
vulgiscenda crimina, nonne

Z 3 mul-

4

Gene. 18

multam illam reverentiam, de qua loquitur Sapiens, & tranquillam circumspectio nem sustinentiamque praeserere videbitur, ubi sic loquitur Dominus? *Clamor Sodomorum, & Gomorrhaeorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis.* Aggrauatum, increscens, & inueteratum malum, prolixam temtam expectationis diuinæ secum affert, ut quod continuo adiicitur (descendam, & videbo utrum clamorem opere compleuerint) non tantum & qualitatim oculati iudicij denotet, verum etiam longanimet patientiam prouocantis ad poenitentiam Dei. Israelis seruitus in Aegypto, & captiuitas Babylonica partium ex revelatione Abrahæ facta partium ex varijs Prophetarum oraculis longe ante cognita est à Iudeis, ut perciti metu impendentis mali disserent fugere à facie arcus, & placare sibi conarentur Deum offendit. Magna illa persecutio Israëlii populi, cuius in libris Machabœorum mentio facta est, exercitata per Antiochum iam diu prædicta fuerat à Danièle Propheta, & sub ipso eventu varijs monstis, prodigijsque de cœlo editis præmonstrata, quemadmodum eadem habet historia. Contigit autem (inquit) *per universam Hierosolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastas, quasi cohortes armatas & cursus equorum per ordinem digestos, & congresiones fieri communis & scitorum motus, & galeatorum multitudinem gladiis distinctis, & telorum iactus, & aureorum armorum splendorum, omnisque generis loriarum.* Et quonam ea bellii præludia pertinuisse putas, nisi in significacionem iræ, & ad præparationem indicendam populo Domini, ut fugiant arcus?

5

6

Josephus
lib. 7. de
bel. Iud.
cap. 12.

Sapi. 6.

ius? Denique præterquam quod Hierosolymitanum excidium, subuersioneque Tempeli etiam cum lachrymis multo ante prædixerat Redemptor sæculi, eadem calamitatem, & cladem præire facit consimilia prodigia per annos aliquot, si forte commoueretur interim ad penitentiam gens duræ cervicis. Quamuis autem secundum elogium viri Sapientis, æqualiter sit ei cura de omnibus, & quod agit in universitatem id in singulis hominibus singulariter deprehendere licet: ibi tamen peculiaris in hoc negotio prouidentia conspicitur, ubi universius, & quasi diuinus bonum est. In seruandis populis, & regnis, quibus, & superioris ordinis spiritus præfecit, magno consilio, & quasi libramine superni iudicij agitur communiatis causa, ut non videatur præcipitata sententia

eius, qui omnia disponit in æquitate iudicij. Præter exempla quæ adduximus, in unius ciuitatis Niniui corripienda impietate actum comperies, ubi etiam videbatur iam esse prolatæ sententia, incommutatum manferit consilium Domini super incolumentate ciuitum, & inhabitatorum illius. Porro quod in conseruanda, vel humani generis, vel gentis aliquius salutis actum vides, ut tam lento gradu procedat indignatio Dei nostri, & longas sibi moras trahat effundenda vindicta, id ipsum in Principibus, id in Regibus, & Senatoribus terræ quasi capitibus populorum geri existimat: & quod in uno Pharaone actum audisti, id in cæteris non difficile inuenias: Illum diutius sustinuit Dominus in obstinatione cordis, ne videretur ex animo inuolueret voluisse populum Aegyptum supplicio inu-

7

dantium aquarum: quod ad
extremum esse etum est no
quasi praeuolante Diuinæ
vcluntatis proposito, sed
quasi vrgente in vltionem,
& concitante Dei manum
Exo. 9. humana malitia. In quo
Rom. 9. sensu accipias velim quod
ex libro Exodi allegavit
Paulus in hæc verba. *Quia*
in hoc ipsum excitanite, vt
ostenderem in te virtatem
meam, & vt annuncietur
nomē meum inimicis tater
ra. Cum ergo Regum cau
fas, magis autem Regni, &
vniuersitatis in tanta Domi
nustranquillitate disponat,
cuinque iræ suæ flagella cō
tineat, vt prouida longa
nimitate prouocari, de sua
& populi sibi commissi sa
lute cogitare ac deliberare
possint, consulto diem iræ
Domini proposuit in me
dium Vates eximius, quo
ictum grauiorem extenti

super se arcus discant me
tuere, qui & significatus est
in confractione ipsorum.
Vt non fore perpetuam
oppressionem suæ gentis,
non in immensum protra
hendam esse tyrannidem,
aut esiam persecutionem
Christiani populi confi
dant: idcirco, & dies consti
tuta exequendæ vindictæ,
comprimendique temera
rijconatus, & verbo insig
nis certitudinis expressa
est, ubi quasi præteritum
depingitur, & euentus def
criptus est his verbis: *Do*
minus ad dextris tuis cōfref
git in die iræ suæ reges. Qua
si vero ita dictum audiat:
Et nunc Reges intelligite,
erudimini, qui iudicatis
terram, ne quando
irascatur Do
minus.
(?)

CA-

CAPITVLVM XII.

Principes Sacerdotum & Reges illorum fautores.
num. 1.

Reges & iudices Pagani seu Ethnici ibid.

Reges Hæreticorum fautores. num. 2.

Anna & Cayphæ, ac sequaciuin confractio. ibi
dem.

Dei sapientia quomodo interfit consilijs pessimis.
num. 3.

Deus malis utitur in bonum. num. 4.

Negati consiliij duplex ratio. ibid.

In consilijs hominum plus potest diuina bonitas, quā
humana malitia. num. 5.

Consilijs malis bifariam utitur Dominus. ibid.

Impij Dei propositum implere dicuntur. nu. 6.

Regnum Iudeorum discindi cæptum in aduentu
Christi. num. 7.

Sacerdotium vñale apud Iudeos. ibid.

Iudai ob Christi nacem deuastati. num. 8.

Anna & Cayphæ vita & mors miserenda.
num. 9.

In principib⁹ &
Senatoribus ter
ræ quorum hoc
loco mentio fa
cta est, ubi agitur de confr
atione Regum, tria potissi
mum persecutorum gene
ra ego cōtemplo, in quos
sigillatim competit quod
enunciatiū est à Regio Pro
phetā.

Psalm. 2. *Asti*
terat Reges terræ, & prin-
cipes conuenierunt in unum.
 In secundo loco Romanos Principes, Consules, Senatores, & Iudices, aut Rectores toto orbe disperges reponimus, qui Dominum & Christum eius in Apostolis & concionatoribus alijs persecuti sunt.

pheta. Nam enim ubi singula percurramus, aperi te intueberis triumphos Redemptoris, quos de singularis & omnibus aduersarijs illis retulerit regnans cum Patre in assumpta humanitatis substantia, primum locum in hac parte occupant Iudeorum, Pharisæorum, ac Sacerdotum Principes, qui odio implacabili prosecuti sunt Redemptorem, & rabie furoris sui usque ad Crucis mortem adegerunt, qui bus etiam ob consortium in crimen adiungimus Reges & Gubernatores terræ, de quibus interpretatum audiuius testimonium Psalmi secundi:

Iam demum auxiliatores hæreticorum, Principes & primores in populis ad hunc ordinem confractorum Regum referamus necesse fuerit: quorum patrocinia pro iuribus exquisire sibi hæresiarchæ perfidi ad tutamen erroris sui, non est quod remoremur expeditionem propositi argumenti, quin ad rem ipsam celerius accingamur. Quid est quod Annan & Cayphan & coagitata aliam, Scribarum, Pharisæorum, Sacerdotum que multitudinem ad id commouit, ut vitæ autorem addicerent morti? Ipsimet sui animi euulgatores sunt, & testimonium perhibent propriæ malitiæ, praetextu regni & Sacerdotij conseruandi, quod tunc iam & venale esse cœperat & discissum in plures summos Sacerdotes, Christum interficiunt: & proprij sociam parricidij efficiunt imperitam Iudeorum plebem, ut & supplicij

2

Mat. 21.

3

plicij postmodum consors efficiatur, sic segesserunt Iudei quemadmodum cultores vineæ, de qua longam parabolam Christus contexuit. *Occidamus (inquiuit) eum: & habebimus hæreditatem eius.* Hæc fuit cogitatio mortalium ignorantium sacramenta Dei, & quoniam contenderet illius destinatio. Audite Principes, auribus percipite Rectores populorum, qui sine Deo iniustis consilium, & aduersus Filium eius conspirastis in malum vestrum, ubi est tam longa consultatio & tam præmatura deliberatio ad eripiendam vitam ipsiusmet vitæ autori? si nescitis, discite: si nostis, seriatim edisceretis quis fuerit fructus contentionis vestræ. Ego vero ex re ipsa perpendiculari quantum promoverint conatus vestri aduersus reparatorem seculi, non fugiunt consilia vestra sapientiam Dei: & illis se se impuniscaet vltro.

Lucas 9.

non

4 non potest. Adesse quidem putandusest & simul abesse, ut absit ab impulsu & effectrice operatione mali, adsit autem in vsu illius & directione in finem bonitatis suæ. Ab efficien-

*Origen. Chrys. cō
de Lazaro.
Esai. 30.*

tiona illa se profitetur alienacione 4. num, vbi sic loquitur: *Vae fi- lij desertores, vt faceritis consilium, & non ex me,*

ordiremini telam, & non per spiritum meum. Quomodo vero adest postquam iustitiae nulla est conuentio cum iniquitate? profecto nec à iustitia receditur, neque fauetur impietati: sed id agit suprema sapientia, ut quod iniuste gestum est, detorqueatur in bonum aut reducatur in ordinem propriæ iustitiae, si que frequentius ut plus valeat illuc diuina bonitas ad boni rationem eliciendam, quam humani cordis nequitia in assequendo quod insequitur. Huc etenim pertinuit verbum Ioseph, ita dicentis: *Non vestro con-*

Genes. 4.

filio sed Dei voluntate buc missus sum. An non illud egerunt fratres prævia consultatione & ex animi sui sententia, ut ab oculis suis eum distraherent & diuenderent in Aegyptum? Ita plane, quid ergo negatur eorum consilio factum fuisse, vbi tam obsignata voluntas fuerat hoc ipsum agendi? profecto quia nesciens etiam subseruit humanæ machinationis peruersitas voluntati Diuinæ, ut ibi amplior sit locus Deo agendi quod voluerit quam fuerit hominibus ad afferendū quod connantur. Agit ille iuxta propositum voluntatis suæ, ibi etiam vbi quam maxime declinatum est à voluntate ipsius. Iam etiam humani consilij denegatur consor- tium, quo totum tribuat- tur diuinæ voluntati: quia vbi frustrane affectetur humana destinatio nec suo potest sine potiri, pro-

5

Ioa. II.

6

nihilo habetur, ac si penitus nihil tale tentatum fuies- set, vere autem firmo Dei proposito adscribitur ex illius prouidentia deduci- car certo in scopum ab eo præfixum. Utitur fre- quentius Dominus impio- rum molimine in propriū obsequium & executionē voluntatis suæ, primum qui dem commutando illud in contraria effecta. Quod manifestum est in Balaam conducto ad maledictionē Israelitici populi, nam & ille sic missus non subseruit impietari mittentis, sed dis- positioni Dei moderantis linguam & vocem effor- matis ad benedicendum ei. Cayphas etiam disserturus de morte Redemptoris om- nium & eam persuasurus, incidit nolens in vaticinū de fructu illius in vniuersi- tate gentium: quia & in ea parte lingua Pontificis non tam deseruiebat proprio in- stituto, quam diuino consi- lio. Interdum vero non mu- tatis rebus & operibus ho-

Act. 13:

7

minum, illic inuenit summa Dei sapientia, quod in- quirebat, & moliebatur astruere. In ipsam rerum materia ab impijs exquisita exequitur. Dominus pro- positum voluntatis suæ, aut quod cum maiori emphasi dixit Apostolus, ijdem ipsi eam implent & ad finē per- ducunt. *Quienam (ait) ha- bitabant Hierusalem & principes eius hunc ignoran- tes & voces Prophetarum quæ per omne sabbatum leguntur, sic impleuerunt.* Impleuerunt sane prin- cipes Sacerdotum & Phari- siorū, de quibus illic erat sermo, prophetias de Chri- sto conscriptas: & dum ir- ruunt in Salvatorem, inci- dent quoque ipsi in laqueū præparatum, quē illo ē me dia luce sublato euadere fe- stinabant, nam & inter alia prophetica oracula hoc ip- sum impleuisse deprehen- duntur, ut iam Regno & Sa- cerdotio spolientur, quo- rum virumque etiam tunc labefactari videbatur, quid enim

enim Iudeorum Principes regnum proprium stabili crederent, quod iam à Romanis occupa in Euag. ri cœptum, tot discindebatur præsulibus exteris,

Greg. bo. mil. 25. in Euag. Luc. 3. Joseph. hist. Scho last. quot Lucas enumerat in initio capituli tertii? Iam vero & Sacerdotij iura salua esse non poterant, vbi nec successio Leuitica seruabatur, nec nisi muneribus datis obtinebatur quasi venale sanguinum Pontificium, utrumque nimis ad interitum properabat, ut non foret vobis difficile, vel ex hoc ipso perpendere vicinum excidij vestri iudicium, vos vero nihil minus quam illud suspicabamini, & ex adiumenta malitia stabiendum fore putabatis regnum verstrum aduersus sententiam

Pro. 12. Sapientis. Non roborabitur (inquit) homo ex impietate sua. Quid vero actum putas cum impijs à triumphatore Christo? plane confregit in

die iræ suæ Reges vices rerum immutatas intuere: dissipata consilia Principum, colligationes impietatis miro modo iam dissolutas contemplare, quod enim duces populi, quod Sapientes in legge, quod Pontifices & Principes Sacerdotum cogitarant, in diuersum com murari perspicies. Non siluit divina iustitia, nec oblitera sui est arquitas superni iudicij. In die iræ suæ confregit Reges fedens à dextris Dei Filius: ad nihil redigit eorum molimina: cōnatus impios contriuit in die furoris sui. Cum in medijs criminibus versantur homines, & de pace perpetua securi esse videntur, iam tunc velut in die furoris exturbantur sedibus, dimouentur è loco suo per supremam potentiam. Imo & iam tunc conturbati sunt, commoti sunt, confracta est illorum contumacia, & durare rebello: iam tunc con-

quaf-

8

quassata est superbia quasi in die furoris Domini, conquassata est autem, nō statim prolata vltione, sed rei certitudine velut oculis exhibita & conscientiæ stimulis iam exagitantibus prodita, vt nulla prorsus queat tergiversatione cœlari. Propterea non quasi protractam in futurum vltionem describit Prophetæ: sed quasi malum presentaneū obijcit oculis, quasi iam inviros contumaces prolatā, executionique mandatam condignam peccatis con fractionis sententiam. Dominus (ait) à dextris suis confregit in die iræ suæ Reges: Quid est quod haecenus, ô Iudei infelix, causabis ad mortem Redemptoris patrandam, quasi Romani aduenturi essent & sublaturi vobis regnum & gentem, si Christus adhuc maneret vobis superstes in terris? quid ex impietate sacrilega roborari vobis regnum & Sacerdo-

tium sperabatis? nonne vel hac ipsa vestri facinoris occasione arrepta in conuarium commutauit imperator noster cogitationes vestras? nonae mira sua regnum contriuit, confregit principes & primates in populo? Annon dies lib. 1. Cy iræ fuit quo per Imperatores Romanos expugnata est Hierosolyma & subuersa funditus, quo desolatum templum, quo religio sacrificij & hostiarum de medio sublata est, & sacra profanis mixta omnia fuisse conspecta sunt? Dies plane iræ fuit quo tot millia Iudeorum occubuerunt miserabiliter excidio deuastata, quo & reliqua eorum turba duræ captiuitati, servituti que addicta fuit. Diem iræ fuisse perpendimus tempus posterioris vindictæ, quo gens illa per totum orbem dispersa dignas etiam nunc persecutionis excitatæ in Christum & obstinatæ postmodum insidi-

9

Inflatus
Apol. 2.
pro Chri-
stia. Eus.
Casa. lib.
6. Demō
stra. Euā
gel. c. 16.
Aug. in
Psal. 58.

delitatis poenas luit. Iam enim & comminatores edictis, & tormentis varijs inhibentur miseri ad desolatam ciuitatem accedere: tantum abest ut urbem, templum aut regnum instaurare permittantur, concidit sane in Domum Maiestatis erecta superbia, subuersa iacent impietatis machinamenta, ut vere dicas confractos reges, comminutos principes, vbi ne vestigium quidem antiqui regni, aut Pontificij manet, licet necdum sit cordis contumacia deuicta & perfidia virorum deuastata. An

verò ludorum principes & Summi Pontifices Annas & Cayphas à ceteri demum Pharisæi & Scribæ confraktionis huius pœnâ euasere, quos præoccupauit mors ante Hierosolymitanum excidium? Imo vero si Annalibus historijs fidem adhibemus, varijs vndeque miserijs, calamitatibusque attriti victam miserabilem transegerunt, & condignum tanto sceleria iam morituri perfondere supplicium, de quo non est nobis hoc loco dicendum per singula.



CAPI-

CAPITVLVM XIII.

*Herodes Antipas seu Ascalonita num. 1.**Medici sacrum seu diuinum vocant morbum divinitus immisum num. 2.**Herodes Tetrarcha num. 3.**Hæresiarcharum typus concordia Herodis, et Pilati num. 4.**Poncius Pilatus varijs Iudeorum tumultibus agitatus num. 5.**Pilatus seipsum occidit num. 5.*

Eniamus autē & ad cōsortes Iudæorū Principes, & iudicces terræ: qui & simul cum Iudæis perfidis coniurasse prohibentur aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Nam & hos præcipue uterque confringit in die iræ suæ, dum astare dicuntur à dextris Redemptoris Pater excelsus ad hanc ipsam cōfraktionē efficiendā. Ut enim à primo persecutore Salvatoris primordia nostræ orationis capia-

mus, vñus Herodes cognomine Antipas satis esse videbatur pro exēplo cōfraktionis Regum: qui absque consimilis crudelitatis exēplo vsq; adeo belluina feritate debacchatus est in Salvatoris infantia, ut pertinaci studio inueniendi vnum quem quærebat ad n̄cēm, multa millia puerorum latentium trucidauerit. Et affectu quidem vehementi ad idferebatur, ut Christum occideret, licet effectus ipse non fuerit subsecutus, inhibente Domi-

Exo. 23. no coqui hædum in lacte
matriſ ſuꝝ , atque adeo
agnom iñmaculatum in-
terfici ante diem præfi-
nitum à Patre , & ante-
quam adueniret hora e-
ius , vt transeat ex hoc
mundo . Missa facio quæ
ad hanc ipsam perfec-
tionem ſeriem pertinen-
tia prius fecerat combu-
rens priſca monumenta ,
Africæ-
nus invi-
luminem
tempo.
Niceph.
lib. 1.
Hi. Ec-
cles. cap. 6.
que inueniret ex proditis
Scripturis . Et ea rursus li-
benter prætero quæ iam
iam morituruſ fieri præce-
pit , nimirum ut nobilio-
res quique ex viris Iu-
dæis , quos ex finitimiſ re-
gionibus comprehenderaſ
& in carcerem detruxe-
rat , occiderentur ſimul
atque ipſe animam exha-
lafſet , quo miſer inſignes
haberet exequias , qui alio-
qui deplorandus non erat
quod excessiſſer è vita .

Satis nobis fuerit pro ma-
gno piaculo , quod in Do-
minum , & Redempto-
rem impotens dominan-
di libido efficere molita
est , vt iustum conquaſſa-
tionis ſententiam in ſeip-
ſo deprehenderet impius
priuſquam e vita migra-
ret . Quanta enim plaga
fuerit percuſſus , quanto
corporis totius cruciatu-
tus , extraque affectus , qua-
varia , & multipli dolo-
ris vehementiſ diſtentus
erat conſcius , neminem ſe
nobiliorem , illuſtriorem
nobiliorem , illuſtriorem
que inueniret ex proditis
Scripturis . Et ea rursus li-
benter prætero quæ iam
iam morituruſ fieri præce-
pit , nimirum ut nobilio-
res quique ex viris Iu-
dæis , quos ex finitimiſ re-
gionibus comprehenderaſ
& in carcerem detruxe-
rat , occiderentur ſimul
atque ipſe animam exha-
lafſet , quo miſer inſignes
haberet exequias , qui alio-
qui deplorandus non erat
quod excessiſſer è vita .

Joseph.
*1. lib. de
bel. Ind.
cap. 21.*

Niceph.

*lib. i. ca.
15.*

3

mali . Quod & medico-
rum peritiam omnino la-
tuit , & nulla eorum indu-
ſtria potuit leniri . Neque
vero mirum : quia diuini-
tus immiſſus morib⁹ præ
ter omnem artem curatio-
nis erat , ſuperexcellens
omnem medicorum do-
ctrinam , vt non Herculeus
præ multa fortitudine , ſed
Sacer & diuinus appellari
poſſit pro demonstrata il-
lic virtute dexteræ excel-
ſi : qui ſic nouit Reges con-
terere in die furoris ſui .
Accedamus vero , & ad
huic proximum perfec-
torem Christi Herodem ,
nimirum prioris Herodis
filium : qui Præcurſorem
Domini ad vniuſ pueræ
voce obtruncari iuſſit ,
quasi non pluris interef-
ſet viuere Prophetam exi-
mum , quam non defrau-
dari , vel matrem , vel fi-
liam viiiſſimas foemina-
rum ſpe concepta impe-
trandi à Rege facinus ita
neſarium . Sed & Redem-
ptorem ſæculi inter angu-
ſias iniquæ accusationis
deprehendit non ſeftina-
uit eripere de manibus leo-
num forentium . Quin po-
tius velle alba indutum , &
illuſum remiſit ad Pilatū .
Et adhuc iuxta inter-
pretationem Apostolicam
verborum Psaltri ſecun-
di , idem ipſe non tantum
consenſit morti , verum
etiam quaſi aduersus Chri-
ſtum conſpirans in vnum
conuenit cum Poncio Pi-
lato , vt Dominus ſuſpen-
deretur in ligno . Eoque
contendebat nouum ami-
citiæ fœdus initum inter
eos , vt qui ante diſſide-
re videbantur , nunc in
persecutione Redempto-
ris vnanimes reperiſen-
tur , quemadmodum & He-
reſiarchis eueniare conſue-
uit , vt aliqui ſenten-
tijs diuisi , in re hac vna
concordes ſint , quæ ad
Christi , & Christianæ
Ecclesiæ oppugnationem
ſpectat . De illius in ter-
ris conſaſtione id tan-
cum habemus memorie
pro-

Aa 2 pro-

4

proditum, nempe quod
Iosephus Herodes hic Terrarcha
 lib. 19. post multa infortunia, &
Antii. c. rerum exitus infelices, per
 7. Euse. Cæsaream sententiam, &
 lib. 1. Ec totius Romani. Senatus sit
 cle. Hist. e 13. Ni deturbatus Regno, & in
 cepho. lib. perpetuum exilium rele-
 1. 20. gatus, ac demum graui cor-
 poris dolore excruciatus
 ex hac vita mortali conces-
 serit, supra modum grauior-
 responas daturus in sem-
 piternum. Huic Herodi
 congrue anneximus Pon-
 ci Pilati, & temerarium &
 iniquum iudicium, quo si-
 bi causam Redemptoris
 usurpavit, ut & grauiorem
 in sententia ferenda rea-
 tum crimina incurret,
 & postmodum maiori con-
 fractione percussus abiret
 in locum suum. Is enim &
 proprio renunciauit iudi-
 cio, ut d. seruiret facinori
 alieno: & mortis, Cru-
 cisque suppicio addicere
 non exhorruit, quem nu-
 per coram omnibus pro-
 nunciauerat innocentem.
 Idcirco & aliorum incur-

sibus vehementer oppres-
 sus, varias pertulit sedicio-
 nes, & tumultus Iudeo-
 rum, quibus malis perpe-
 tuo conturbata est Hiero-
 solyma, & sere omnis Iu-
 daea post temporarium Re **Ioseph.**
 descriptoris interitum us- lib. 17.
 que ad extremam deusta- Antiqui
 tionem factam à Roma- ca. 14. et
 nis principibus. Iamque is
 qui Iudeorum cessit ne- Ind. c. 8.
 quitiæ ne Cæsar is amitte- 11. & 12.
 ret gratiam, eam ipsam
 cum magno quodam op-
 probrio amittere coactus
 est. Nam edicto publico
 spoliatus est propria præ-
 fectura, qua imple fue-
 rat abusus in negotio Re-
 demptoris expediendo: &
 in exilium detrusus tot
 emergetes calamitates, &
 rumnasque perpestus est,
 tot aduersis casibus quasi
 fluctibus obrutus, ut sibi
 met manus iniecerit ad
 mortem celeriorem iusta
 hominem perurgente Dei
 vindicta. Qui enim pro- Euseb. li.
 pria manu subscripterat ca- 2. Hist.
 pitali sententiæ prolatæ in Eccles.
 ca. 6. Ni cepho. li.
 2. cap. 10 auto-

autorem vitæ, eadē ipsa vin-
 dice impietatis horrendæ,
 sibi met eripere debuit vite
 propriæ munera, quæ diu-
 nitus accepta iniuste iā pos-
 sidere videbatur. Et sic qui-
 dé hi duo Principes terre,
 Herodes, & Poncius Pilat-
 us contracti sunt in die fa-
 roris Domini.

CAPITVLVM XIII.

Herodes Agrippa. num. 1.

*Iniuriam Sacerdotum, & maxime Summi Ponti-
 fici sibi factam deputat Christus. num. 2.*

Herodis Agrippæ graue supplicium. num. 3.

*A Pharaone delatus honor Moysi, & Aaroni. ibi-
 dem.*

Sacerdotum celebris obseruantia. num. 4.

*Sacerdotum irreuerentia nunc damnabilior. ibi-
 dem.*

Superbia celerrimum supplicium. num. 5.

Herodes honores diuinos sibi arrogauit. num. 6.

Regibus familiarior est superbia. num. 7.

Superbia magnum malum. ibid.

*Superbia peccatum etiam leue grauius puniri soli-
 tum. num. 8.*

Davidis punitio pro numerato populo. ibi.

Significatio magni demeriti. num. 9.

Ezechiae punitio propter ostentationem thesauri.
ibidem.

AD hunc ipsum ordinem persecutorum Christi, qui & Iudeis consenserunt, & illum in terris mortale addixerunt Cruci, pertinet etiam Herodes alias cognomento Agrippa: qui Iacobum interfecit, & Petrum coniecit in carcere, ut consimili eum afficeret supplicio. Quid namque videatur nouum si persecutio Redemptoris eam adiungamus, quæ suscitata est in Apostolos, eum vel maxime, qui celsitudinis Apostolicæ apicem obtinuit, & ipsius Christi plenavices gerebat in terra? Ut enim omittam quæ in superioribus annotauimus de Sauli excitata seditione, quam in se concitatam deputat Christus, & de Petri crucifixione in qua de novo idem Dominus crucifigi se perhibet: sane sive in statu legis antiquæ, si-

ue in novæ legis gratia sibimet ipsi iniuriam factam adscribit Dominus, quæ Sacerdotibus, quæ Prælatis, & potissimum quæ Summo Antistiti ab hominibus irrogetur. Ple-
na est diuinis Elogijs de
hac re tota sacra Pagina,
vt nefas sit inficiari veri-
tatem, quam ciuina vbique
confirmavit authoritas, &
verbis & exemplis. Sane
quidquid in seditione Co-
re, Dathan, & Abyron,
quidquid in alijs tumultu-
bus excitatis aduersus Moy-
sem, & Aaron irreueren-
tiæ sese prodidit in Deimi-
nistros, & Sacerdotes ab
eo vñctos, sibi pro magna
iniuria, & blasphemia de-
putat Dominus, vt non ho-
minibus, sed Deo iniurius
contumeliosusque fuisse vi-
deatur, qui læsi illos, aut
eis vlla in parte irreverens
fuit. Nam & de noui Te-
stamentii ministris ita Re-
dem-

Cyprian;
lib. 4.
Epist. 9.
& lib. de
fimp. pra
la.

Lnc. 10. demptorem loquentem vi-
deamus. *Qui vos audit, me
audit: & qui vos spernit,
me spernit.* Quid vero de
ijs arbitraris esse dicendum
qui in Summum Sacerdo-
tem Vicarium Christi seu
blasphemis vocibus, sive
impijs ausibus consurgere
tentauerint? Res ipsa cla-
mat, nec nostri est instituti
vt longiori orationis decur-
suam comprobemus, que
tot est exemplis manifesta.
Id, vnum loci huius est pro
prium, nempe vt obiter ani-
maduertamus non minori
supplicio affectum fuisse
Herodem Agrippam, qui
Iacobum occidit, & Pe-
trum addixit carceri, vt de-
mum ad mortem produ-
cendus esset, quā sit Herod
des Ascalonita aut alter He-
rodes, filius huius, seu etiā
Pōcius Pilatus, qui in ipsam
Incarnationi Verbi personam
crudeiiter defauierunt.
Quod plane satis eviden-
ter ostensum est in anti-
qua punitione Core, Da-
than, & Abyron, quos ter-

ra dehincens viuos, viden-
tesque absorbuit. Aaro-
nis iniuria quasi Summi
Sacerdotis, Dei erat iniu-
ria: & quod in Moysen
attentatum est, pro gran-
di in Dominum Maiestati-
blasphemia est habitum:
quia & dux erat populi,
& licet non esset ex offi-
cio Sacerdos, erat tamen
quasi Princeps Sacerdo-
tij, Sacerdotumque, ut po-
te illorum institutor, &
consecrator. Et ego tan-
diu Pharaonis Imperium
seruatum agnosco, quan-
diu ducibus populi suus
honor ab illo delatus fuit.
Nec enim per potentiam
oppressit illos, aut eis ma-
nus iniucere ausus est, cum
sepius molesti esse vide-
rentur super legatione di-
mittendi populi. Quini-
mo quasi nuncius diu-
næ visionis reveritus, pa-
tienter audiuit, quæ ro-
ties inculcabantur aurib-
us Regis, & pertulit
quæ ab eis facta sunt
insignia prodigia usque

ad primogenitorum integrum. In eis etenim venerabatur pro suæ infidelitatis ratione Dominum, cuius legata deferebant: & illorum contumelias in mittente ipsum refundi nouerat. Atvero cum Regni sui tuendi zelo accensus, quo populum Domini adhuc teneret captivum, arma capere coepit aduersus Moylem, & illius collectam multitudinem, inundationem recurrentium fluatum absorptus est cum curribus, & equitibus suis. Apud Chaldaeos, & Aegyptios Sacerdotum, Pontificumque reverentia, & obseruantia magni est habita: & pro ingenti piaculo ducebatur iniuria sancta Sacerdotibus, quibus in fideicommisum tradita erant, quæ ab illis putabantur sacra esse mysteria. Apud Romanos, & Graecos, ut religio, & cultus Deorum habebatur in pretio, ita & illius mini-

stri vindicabantur ab iniurijs: & quasi profani violatores sacrorum puniebantur irreuerentes Sacerdotij dignitatí. Et ibi quidem ita res gesta est, vbi nihil erat præter superstitionem, & idolatriam nudam. Atvero in populo fidi, vbi vero Domino sacrificia reddebantur, severius animaduersum est in contemptores Sacerdotalis excellentiæ. Quod in Ozia demonstratum est, magis autem in Saule, qui complures Sacerdotes occidit, & ciuitatem eorum percussisse dicitur in ore gladij: sed & ibi si quid sanctitatis inerat Sacerdotali functioni, totum veritatis Sacerdotij nostri, sacramentorum, & sacrificij Evangelici subseruebat. Vindicabantur nihilominus delicta in Sacerdotes administra, ea vero quam maxime quæ in Summum Antifitem, & supremū in causis iudi-

2. Pars.
26.
1. Reg.
22.

Aet. 12.

iu licem perpetrata videbantur. Id ipsum saepius actum audiuiimus cum persecutoribus Romani Pontificis, ut horrendis afficerentur poenis, qui Petrum, aut sedem Petri, conatibus impijs lacessere vel impetrare non formidarunt. Videre hoc ipsum licebit in uno Herode, qui ob Apostolicam persecutionem, præcipue autem Principis Apostolorum Petri tantam miseriam est experitus, quantum vix villa exaggeratione verborum possumus exprimere. Ia enī perurgente hominem diuino iudicio ad extremam vindictam pro perpetratis criminibus, vide quam magnam confractiōnem persenserit occasione deſumpta ex congeſto nouo superbiæ peccato: cuius supplicium non patiebatur longiores moras. Rei huius historiam multaque transcurrit breuitate Beatus Lucas in Actis Apostolorum: sed & mul-

tam posterioribus historiis reliquit materiali dicens de interitu horribili crudelis tyranni. Et enim qui saeum in Apostolos seditionem excitauerat, aut fouerat, qui Iacobo interfecto ad Petri sanguinem effundendum inhaebat, qui reliquias Christiani seminis delere penitus attentarat, & micantem scintillam Euangelicæ religionis festinabat extinguere, huic priori impietati superbiam plus quam Luciferinam adiecit blasphemiarum voces libenter accepit: dum se pro Deo haberet, colique non exhorruit, & diuines sibi honores impendi pro nihilo duxit: cū enim die præfinito quo populus uniuersus ad festa & spectacula conueniebat, ipse in theatrum adueniſſet ea veste opertus, quæ auri & argenti miro artificio contexta erat, ibi consulto sedem parauit sibi, vbi rediōrum solarium iectibus in

dumentum repercutsum, mirum in modum coruscare potuit. Cumque in throno Regiae celsitudinis confederet, & quasi diuinum quidpiam, horrendumque ostentare videatur, ecce hominum turba coagitata Dei voces, non hominis, ut testatur diuina Scriptura, acclamare ccepit viro miserimo, quas ille non modo non compescuit, verum etiam silentio, motu, & gestu satis gratas fuisse sibi declaravit. Et sic qui-

*10. Anti
qui.ca.7.
Exse lib.
2. Histor.
Eccles. c.
10. Nice
cep. li. 2
ca. 13.*

deus segescit impius adiungens & arroganter vi- tium anterioribus malis. Iamque ubi subito caput extulisset, vindicem hu- manæ superbizæ conspe- ceb. li. 2 xit Angelum Domini fu- niculo insidentem. Et con- tinuo supra modum gra- vis cruciatus pectoris, ven- trisque inuasit miserum, sic adeo ut fateri co- actus sit superno se vrge- ri iudicio, supplicioque di- uinitus inflicto pro diui-

nis honoribus arrogatis. *En (inquit) ego uester Deus vitam relinquere com- pellor, parcis ipfisementis- tas in me voces vestras coar- guentibus. Et qui modo à vobis immortalis sum pro- nunciatus, nunc repente ad mortem abducor, ve- rumtamen accipiendum venit quod Deo visum est factum.* Sic saevis noni- nis Christiani persecutor & immodicus appetitor gloriae, quam Redemptor sibi comparabat in mun- do, sic inquam, super- na vltione perculsus vi- ta suæ clausit periodum, & eodem sacro eloquio contestante consumptus à vermbus exspirauit: ne- que vero hac in parte aliud fatum evenit tibi, ô infelix Herodes, quam ul- trix supplicium dexteræ excelli: qui cum ad dex- teram maiestatis sedeat, ita confringit in die iræ sue Reges. Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, ut dis- catis

catis non ambulare in magnis, nec in mirabilibus quæ supra vos sunt. Ete- nim regale fastigium, re- rum affluentia, magnitu- do animi, velut insita Principibus ad insignia fa- cinora perficienda: ad re- rum summa in proprium ius conuertendam, nutri- menta sunt effusæ ambi- tionis, quibus si adiunga- tur afflentiorum illud au- ge, applaususque aliorum & insoliti honores præ- ter modum & dignitatem humanæ conditionis, heu quantam illis arrogantiam ingenerant, ut iam quasi pro Diis haberi & coli concupiscant. Herodem hunc sorte subita quædam mentis elatio corripuit ad vindictam, dum & sibi tantis perplacuit, & adu- latorum voces compes- cere neglexit. Verum in eo rerum genere quibus nutritur, foueturque superbia, tu nihil existimes. ris minimum: quia quod il- lic leuius esse creditur, vel maius est omnibus, vel certe dignum quod citius amputetur, & tollatur de medio, sane qui dixit: *Gloriam meam alteri non Esai. 42. dabo, grandi quodam ze- lo eam sibi custodit, vin- dicans ipsam à violenta occupatione, in instaq; pos- sessione mortalium, fit- que non raro inodium sa- crilegij huius, ut quæ maiora sunt in alijs mate- rijs dissimulentur ad ho- ram, vel etiam mitiori pœ- na plestantur, quam pec- catum inanis gloriae & subrempentis arrogantiae. Coniunxerat David homi- cidiū adulterio, vt vix expiable videretur cri- men cum tanta delibera- tione patratum & mul- tis alijs vallatum cir- cunctantijs. Expectatus est diutius ad veniam vir- alioqui tot criminibus ob- noxius Domino, & qua- si ære alieno vehemen- ter oppressus. Denique à Propheta conuentus, eu- catusque in iudicium, ver- bo*

bo uno, quo se profitetur peccasse Domino, peccati quoque translationem obtinuit, dicente ad illum Nathan Propheta: *Dominus quoque transfluit peccatum tuum.* Quod si quid post contriti & humilitati cordis holocaustum videbatur tunc expiandum in poena, totum morte unius infantis absolutum, peractumque fuit. At vero cum tenuis quædam aura humana iactantiae concusset animum viri alioqui nimis fortis, ut numeraret subiectum sibi populum, neque diu protracta est vltio, neque nisi magno supplicio expurgata est iniquitas illius. Aderant ibi multa quæ vel culpam extenuare potuerunt, vel poenæ grauitatem immunuere, maxime autem omnium spontanea confessio, de qua sic habemus libro Regum secundo.

^{2.} Reg. 24. *Percusit autem cor David eum postquam numeratus est populus, & di-*

xit David ad Dominum: Peccavi valde in hoc facto: sed precor Domine, ut transferas iniquitatem serui tui, quia stulte egismis. Ut tamen agnosceres quam nimis displaceat Domino maiestatis, quod in hoc ordine admissum est delictum, non ille satisfactum putauit vindicatoriae iustitiae in tanta exaggeratione delinqutis, ubi & valde peccasse, & nimis stulte scipsum egisse affirmat, & ignorisci sibi ex toto corde implorat. Quinimo cœlitus immissa peste, perempta sunt die uno septuaginta millia virorum: & in significationem demeriti amplioris destinatur Angelus in urbem Hierosolymam, ut ipsam disperdat: nam & quod indignatio illius non progrederetur ulterius, & districtus gladius reconderetur in vagina, ad multam Domini miserationem pertinuisse deprehenditur, iuxta verbum Scrip-

9

Scripturæ. Cumq; (ait) extedisset manum suam Angelus super Ierusalē ut disperderet eam, misertus est Dominus super afflictionē: & ait Angelo: sufficit, nūc contine manū tuā. Iam etiam in Ezechia Rege leuior quidam arrogantia faustus ad ostentationem vasorum, thesauri, pigmentorum & aromatum grauem promeruit correptionem Esaïæ Prophetæ & combinationem ex ore Domini, de qua non est hoc loco differendum sigillatim quæadmodum ea digesta est libro Regum quarto. Satis

4. Reg. 20



CAPITVLVM XV.

Principum Gentilium confractio. num. 1.

Fidei Christianæ potentia & propagatio. num. 2.

Confractio & reformatio Principum in melius. n. 4.

Principum confractio in vindicta. num. 5.

Insignia Christi Regia. num. 6.

Gladius anceps sermo Dei viuus. num. 7.

Virga ferrea virga aequitatis. num. 7.

Vinum ira Dei. num. 8.

I **H** AEC sunt. con-
fractionis primor-
dia, quæ sibi do-
minator in cœlis vendicat
Christus, ut verum esse
agnoscamus quod in capi-
te omnis triumphi posi-
tum audiuimus. *Domi-
nus* (inquit) à dextris
tuus confregit in die iræ
sua Reges. Res vero ip-
sa postulat ut ad alte-
rain persecutorum clas-
sem descendamus, quos
confringendos esse dixi-
mus in die furoris Do-
mini, vbi sunt Pagani
Principes, qui sic olim Ec-

clesiam deuastarunt, qua-
si eam propemodum re-
dacturi ad nihilum ? Et
ita quidem euenturum es-
se videbatur, nisi habe-
ret validum sui propug-
natorem in cœlis : qui
& vindex est persecutio-
nis horrendæ, & repen-
te confringit Reges in fu-
rore iræ suæ. Comminu-
ti iacent, ut non valeant
impostorum obtenebra-
re splendorem Euangeli-
cæ prædicationis corus-
cantis in mundo. Non
præualuit effusa crudeli-
tas, vt conticescere face-
ret

Capitulum quintum decimum.

383

ret tubam in Apostolis
personantem ad propaga-
tionem fidei Christianæ:
quia partim obtinuit etiam
in Principibus Gentium
quod assequi nitebatur: par-
tim vis eorum vi est op-
pressa, dum confringun-
tur Reges in die furoris
Domini. Ecce ob nimiam
fortitudinem sedentis ad
dexteram, propter vali-
dam manum eius, qui alsta-
re perhibetur à dextris
Redemptoris, confracta
est violentia tyrannidis an-
tiquæ, contritum est iu-
gum duræ oppressionis,
vt dénum in pace reg-
net Saluator toto orbe ter-
rarum, quin & illud su-
per omnia mirabile, vt
vbi sevior sese profere-
bat rabies tyrannorum in
ouile Redemptoris, ibi se-
pius seipso superatos ag-
noscerent, & audaces co-
natus deprehenderent suis
se confusos & omnino
contritos. Inter verbera
& carceres, inter voras
flammas, & crates ar-

dentes, inter alia exqui-
sita tormentorum genera
amplius sese dilatabat fi-
des, latius protendebatur
Christiani nominis odor
suaissimus, in lucidiores
radios sese erigebat Euangeli-
cæ fidei splendor illu-
stris, quo & effectum est
vt iam pertinaci crudeli-
tate superata & confra-
ctis ceruicibus tyrannicæ
superbiæ, vniuersos oc-
cupavit terminos terræ Demons.
sanctæ religio, mirum quod Chri-
erat visu, quod in Ecclesiastus sit
sæ Christianæ primori Deus.
dijs & adhuc eadem pro-
pagata per Apostolos ge-
rebatur inter fideles, quan-
ta Sanctorum clades, quam
seua iudicum persecu-
cio grassabatur in oues
Christi, vt iam vix vi-
lum religionis vestigium
reliquum esse videretur,
vbique Sanctorum Mar-
tyrum cædes innumera,
vbique oppugnatio fi-
dei, vbique infidæ: om-
nia cruento plena, pauor
ac tremor occupauerat

vni-

vniuersa, postmodū pax multa & requies data est Ecclesiæ, & tranquillitate desiderata potiuntur fideles, omnia Christum personare videntur: & Crucis vexillum, quod insignis proprij nomen obtinuerat, vbiique splendet & resulget in gloria, vnde putas in tanto turbine & tam grandi procella, tantanobis serenitas erupit? vnde pax in graui commotione Christiani populi oriū potuit? plane quod pacis est, benignitati ascribimus ipsius Redemptoris sedentis ad dexteram: quod superiatæ, confractæque superbiaz ex ira & furore prodijt Patris astantis Christo à dextris, ex multa vi & potentia Redemptoris, quicum Patre suo confingere dicitur in die iræ suæ Reges, duplice tamen confractionem principium ego in hac parte contemplor, vt pax æterna aut certa diuturna conferatur Ecclesiæ, quo coalescat, & incrementa suscipiat. Con-

fregit sane multos Principes & Senatores terræ triumphator excelsus tamquam vas siguli, quod refomat in melius, vt à rebellione ad obedientiam, ab infidelitate, ad fidem, ab idolorum cultu ad veram & Catholicam religionem venirent vtronei. Nam & primitias gentium & regū vniuersæ terræ in hoc ipsum aduocavit Christus oriens ex alto, vt in eis præformaretur spontaneum obsequium multorum regum convenientium ad fidem. Sed & illud apertius in Esaia expressum habemus, vbi si cloquitur. *Amulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortustui.* Et qua ratione ita confractos esse putas Principes & Iudices terræ? nimis per virgam virtutis id effectum est verbis potentibus, signorum virtute, & efficacia, edictis pascatur è cœlo allatis, quæ multo maiorem obtinuerunt vim ad deiiciendam, conte-

4

*Esa. 60**Esa. 9.*

6

7

rendaq; superbiam, quam dominantis in cœlo Redemptoris omnium, vt Regno tranquillo potiatur ipse, & pacem donet vniuersitati fidei. *Ecce (inquit) ego declinabo super eam quasi flumen pacis, & quasi correntem inundantem, gloriam gentium.* Id enim efficit in cœlis triumphas Salvator, id sua obtinuerunt prædicatione Apostoli, vt de victa Regum violentia, & Tyrannide, quasi fluuius pacis occuparet Ecclesiæ terminos, & quidquid illustre, de Spiritu, quidquid inclytum, & gloriosum erat in gentibus, ad ult. Cyriam conueniret vtroneū, aut certe licet repugnans succumberet immenſe Redemptoris potestati. Sane qui merito p[ro]fessionis obtinuit, vt haberet in vestimento, & in scōmore suo scriptum. *Rex Regū & Dominus Dominantium;* Vtrumque genus Regum comprehendit ambitu potestatis suæ, nimis, & subiectorum per fidem, & rebellium per infidelitatem. Nam ut

*Esa. 66.**Ang. li.**20. de Ci-**uit. Dei**c. 21. An-**bro. lib. c.**Sancto c.**ri. in**Esa. 66.**vit. Cy-**eam conueniret vtroneū,**aut certe licet repugnans**succumberet immenſe Re-**demptoris potestati.**Sane**qui merito p[ro]fessionis obti-**nuit, vt haberet in vestimente-**to, & in scōmore suo scri-**ptum.**Rex Regū & Domi-**nus Dominantium;**Vtrum-**que genus Regum cōpre-**bendit ambitu potestatis*

Bb ea

8

ea sunt insignia regnantis in carne Redemptoris omnium: ita & pro stemmate Regio, & invexillis gloriæ suæ hoc ipsum asportat, nē-pe quod humilibus, subiectisque ignoscat, superbos autem debellet ac perdat. Nec minorem sibi Triumphalaudem in parcendo, & miserendo peperisse nouit quā in subuersione aduersariorum, aut contra. Illud etenim ad omnipotentis ostensionem, quam maxime pertinet, ubi Dei nostri benignitas præcipuum habet locum. Hoc verò inter trophyæ Salvatoris emicat supra modum, in quo se Dominus superiorem esse demonstrat omni Principatu & potestate. Vis autem nos se quomodo, & divinus Spiritus in ea revelatione, quæ facta est Ioanni, utramque seriem Principiū voluerit complecti? Priusquam ad magnificum illum titulum Regni suisset deuentum, tria hæc de nostro Rege inclito pronunciata

sunt. Et de ore (inquit) eius Apo. 10
procedit gladius ex utraque parte acutus, ut in ipso percusat gentes. Et rursus ait. Ipse reget eas in Virga ferrea: ac demum, ipse calcat torculari vni furoris iræ Dei omnipotentis. Gladius bis acutus in salutē gentiū paratus esse agnoscitur, ut idem sit sermo Dei viuus, & efficax, penetrabiliorque omni gladio ancipiti. Quo & accinctos fuisse comparimus Apostolos ad comparandum perfectum dominatum Magistro suo in medio inimicorum ipsius. Quo etiam pertinuit virga ferrea quasi virga æquitatis, per quam in suaui obedientia legis Evangelicæ regenda foret universitas gentium, & multorum Regum fidelium. Quin etiam non minori proprietate referemus ambas clausulas ad utramque hominū classem, ut gladius anceps utrumque feriat, hos ad leuam qui seruat ad interitum, illos ad dexteram qui confacti sunt.

9

10

reformantur invitā. Quodque subillatum est de virga ferrea eodem spectare creditur. Nam Dei bonitas & sempiterna iustitia effulgēs potissimum in Redemptoris triumphis, hoc effectu ra esse prædictum, ut suas vices rependat hominibus in vitam, aut mortem. Iam vero quod tertio loco subiicitur de torculari, & vino Diuinæ indignationis calcato, rem aperit manifestius, ut quos gladius non percutit in salutem, quos non confringit virga ferrea, ut reparentur ad vitā, hi reseruentur ad torculari iræ Dei omnipotentis, & ibi premantur. Tales autē erunt Principes contumacces, ut conterantur in die furoris Domini, iamque plena de omnibus victoria potius Redemptor, Rex Regum nuncupari de beat, & Dominus dominantium. Illos namque subiecit sibi in virga directio nis: hos autem perpetuam comprimit sub pedibus suis velut in torculari vini, & furoris Dei omnipotentis. Vbi & torcular calcatum Verbo Dei significat executionem iustitiae communem illi cum Patre, de quo pronunciatum accepimus: Dominus à dextris tuis confrigit in die iræ suæ Reges.

Bb 2 CA:

CAPITVLVM XVI.

- Vespasiani persecutio. num. 1. Et aliorum. ibid.
 Tormenta varia persecutorum Ecclesiae. num. 1.
 Regum persecutio in Ecclesia quorsum permisā. ibi
 dem.
 Diuina virtutis ostensio in rebellione Regum. nu-
 mero. 3.
 Triumphus de Tyrannis in Martyrum fortitudine.
 num. 4.
 Summorum Pontificum perpetua successio. ibid.
 Deus neminem ad malum concitat. num. 5.
 Pharaon quomodo excitatus à Domino. num. 6.
 Neronis sauities & confractione. num. 7.
 Nero Petrum & Paulum occidit. ibid.
 Deus utitur peccatis aliorum in vindictam. nu-
 mero. 8.
 Nero seipsum interfecit. ibid.
 Romana sedis iniuriam severo vlciscitur Christus.
 num. 9.

IN hac sane per-
 secutorum serie
 pertractāda quā
 secundo loco re-
 seruauimus, nō est animus
 differendi de singulis, qui

confacti sunt Reges in die
 furoris Domini. Sed tam in
 hac parte quā etiam in po-
 stremavno erimus exēplo
 contenti, vt ex singulari
 vnius, & alterius contritio-
 ne

ne Principis colligere li-
 ceat quod in alijs contu-
 macibus effectum est. Con-
 sulto prætero Vespasia-
 ni Imperatoris imma-
 nem feritatem: sub cu-
 ius Imperio usque adeo
 ingens pestis seu clades
 grassata esse Romæ per-
 hibetur, vt diebus quam
 plurimis supra decem mil-
 lia fidelium interficeretur.
 Non est præsentis insti-
 tuti, vt describamus per
 singula effasam Domi-
 ciani sauitiem in ouile
 Redemptoris. Nam quid
 de Diocletiano, & Ma-
 ximiā, quid de Ma-
 xentio, & Maximino
 longam orationem con-
 texamus? Legant qui vo-
 lent antiquarum Historia-
 rum fida monumenta,
 reperientque Tyranno-
 rum potentiaz potenter
 fuisse obuiatum, & dex-
 tera Salvatoris aduersa-
 rios Reges valide fuisse
 contritos. Non est quod
 ea producamus in me-

dium quæ sub Consuli-
 bus, Senatoribus, ac
 Principibus, & Iudici-
 bus sæculi perpesta est
 Ecclesia: nec ab his ad-
 inuentas artes, & tor-
 menta exquisita recense-
 re opus fuerit. Putares
 namque nomen Christi
 iamiam abolendum fo-
 re de terris, & Chris-
 tianæ fidei splendorem pe-
 nitius effugandum: nisi ex-
 cellens dominator adesset
 in cœlis defudanti in cer-
 tamine Ecclesie, vt con-
 fringat in die iræ suæ Re-
 ges. Quid enim de Tra-
 jano, Marco Antonio,
 & Comodo prolixam
 enarrationē exordiamur?
 Quid Valerianos, De-
 cios, Dacianos, Iudi-
 cum è Tyrannorum My-
 riades empereare studea-
 mus, qui tota Orbe diffu-
 si tam impie torserunt vis-
 cera Ecclesie Catholicæ?
 Id certe unum constabili-
 tum habemus, illos omnes
 virtute sedentis à dextris

fuisse contritos, ut si non
verbis, retamen ipsa coacta
sint confiteri eius potesta-
tem, qui cum proprio Pa-
tre constringere dicitur
Reges in die iræ suæ.
Iam enim alios cernas
ex ijs qui Christiani popu-
li & Indices esse volue-
runt, & tortores, carni-
ficesque, videoas inquam,
eos proprijs manibus la-
cerantes seipso, alios à
dæmonibus arreptos, &
supramodum excrucia-
tos, alios catenis igneis
religatos, alios igne
cælitus emiso consum-
ptos, alios demum varijs
mortis generibus perem-
ptos. Hi sane manife-
sta nobis reliquère do-
cumenta superni domi-
natus, ut fieret omnibus
evidens causam hanc con-
fractionis Regum indu-
stria, & potestate geri
regnantis in cœlo Re-
demptoris omnium, do-
nec aduersarios omnes
constituant in scabellum pē-

3

dum suorum. Ex quo no-
bis obvia efficitur ratio
permissæ tam horrendæ
persecutionis in Ecclesia
Christi. Si enim obiter
quæsieris quorsum perti-
nuerit armata illa coniu-
ratorum Principum acies
& quasi leonina ferocitas
grassari in ouile dimissa Re-
demptoris: non aliud con-
gruentius responsum ex-
hibebo tibi, quam quod
ex libro Exodi produxit
Paulus scribens ad Ro-
manos, in hæc verba. *Di-
cit enim Scriptura Pha-
raonis, Quia in hoc ipsum Exo.9.^a
excitauit te, ut ostendam in Ro.9.^b
te virtutem meam, & ut
annuncietur nomē meum
in vniuersa terra. Ut in
Pharaone ostenderetur
Dei virtus immensa sub
exhibitâ varietate signo-
rum, prodigiorumque, id-
circo in hoc ipsum pesi-
tus, & seruatus est Pha-
rao, iuxta fidem alterius
lectionis, quæ sic habet.*
Idcirco autem posui te, si-

4
ne astare feci, aut etiam
seruauit te. Facta est autem
magna quædam omnipot-
tentiae Diuinæ demonstra-
tio, ubi post alia ostenta-
& miracula gladius vasta-
toris Angeli tot millia pri-
mogenitorū peremit in do-
minibus, & recurrens inun-
datio aquarum submersit
Pharaonem cum curribus,
& equitibus eius in mari
Rubro. Sic etiam Reges
terræ in hoc ipsum serua-
ti, aut suscitati sunt, ut in
eis Saluator mundi pro-
priam ostenderet virtutem:
nimirum ut & de
illis adhuc in carne viuen-
tibus inclytos reportaret
triumphos, & de ijsdem
varia deuastatione perép-
tis gloriosam cœlo pal-
mariam inferret. Nonne
dum adhuc viuerent op-
pugnatores Christiani no-
minis, semetipso deuin-
ci agnouerunt quasi po-
testate superiori; ubi tot
mirabilia patrari conspe-
xerunt in ijs, quos ipsi reos

quæ non inferiorem locum tenere videbuntur. Quis enim virtutis diuinae ostentationem insig-nem proferamus in medium, quam Princeps noster magnus, & potens exeruisse conspicitur in conseruanda cathedra Petri? Videbis fere omnes succedaneos Pontifices per longa annorum curricula usque ad Constantini Magni tempora, gladio, aut diversis alijs mortis generibus occubuisse in persecutione Imperatorum. Nec ramen sedes Petri, quæ solidum est Christi, & tribunal mundi, vlla in parte labefactata fuit, nec interrupta successio, donec reddita esset pax Ecclesiæ, persecutoribus extinctis, vi & ipsa postmodum siue in tranquilla statione, siue in medijs fluctibus firma consistat, usque ad consummationem sæculi. Denique, ut quondam Pharaon persequens

populum Domini obrui-tur in aquis validis: ita Reges, Iudices, & Senatores terræ in media per-secutione Sanctorum intereunt perungente illos superino iudicio. Ecce tibi quorsum illos grassari permittat bonitas Redemptoris, nempe ut in eis propriam ostendat vir-tutem. Non sunt, crede mihi aut certe maiori testimonio Sapientis, non sunt inquam, ei necessarij homines impij, multoque minus indiget eorum impietate. Verum oblata occasione præfracta malitia magnam illuc evidentiam efficit potesta-tis invictæ. Audis hoc loco excitatum Pharaonem à Domino, ut in eo elueat omnipotentia illius. Noli suspicari commo-tum fuisse Pharaonem à Domino, ut obstinate repugnaret Imperio diuino. Consulto enim litera Exodi. Posui te (inquit) sequ

seti stare feci, & apud Patrum cōplutes Patres legunt; Sernau te, ut empha-sis verbi ad personam referatur, non ad causali-tatem etiopæ: quemadmo-dum cum audis Heis ita loquenteri. Qui regna-te facit hostinem hypo-eritam propter peccata po-13. puli. Nec enim crimen Greg. hypocrisis in Dæm ipsum Rupert. refunditor: sed ipse totius lib. 1. de boni author ex attitude viito. consilij sui dñat homini-Verbi. c. bus pro ipsorum ingenio 24. Oste. 13 quos nouit fore iniquos. Qæ phrasis usitata est in diuinis Eloquijs, ut & in hunc sensu dicatur Dominus datus esse Reges in foro fidis, & Principes in indignatione sue. Neque vero remoueat ex iustandi, aut solitandi verbum: quia præter alia quæ Ambro. illic annotarunt Patres de Ro. 9. suscitatione inuitam, plati-thom. nus est illius sensus, ut di-abi. lett. camus excitatu fuisse Pha-

rabit & Domino per Moy-sen, & Aaron ut dimis-ret populum. Vbi tamen nouerat Dominus rebellem fore Principem diuinae iussioni, non ad ma-lum concitatus est ut Deus in illo: fax potestatis mag-nitudinem ostenderet, quin potius oblata occa-sione boni operis, ipse vi-cissim Dominus ex contumacia Regis occasionem arripuit ostentandæ in Pha-raone virtutis suæ sic se-gessit maiestas Redemp-toris in cunctis nationi-bus orbis terrarum & maxime cum Romanis Principibus, de quorum excidio & conquassatio-nibus varijs non est lo-cus dicendi persingula, vnum ex multis hoc pro-feramos, qui & omnes alias ex Gentibus perse-cutores excelluit crudeli-tate ac nequitia: ad cuius retundendâ scutiem multa se prididit fortitudo triumphatoris nostri. Et-B § enim

Tertul. in
Apolog.
aduer. gē
tes ca. 5.
Euseb. li.
2. Histo.
Eccl. c.
24. & 25

qui cum mundi columnas,
fundamenta Ecclesiarum,
Romanæ sedis columen ac
præsidium singulare, Pe-
trum, & Paulum de me-

enim sub ipsis initijs pro-
paganda religionis Chri-
stianæ extitit Nero, qui
ad hoc ipsum videtur se
totum contulisse, ut no-
mē Redemptoris aboleret
eterris. Ille namq; in visce-
ra nascentis Ecclesiæ per
Christum usque adeo im-
pie debacchatus est, ut pri-
mum quidem in ives Chri-
sti implacabilem excitaret
populi seditionem, reiçies
propriæ crudelitatis crimi-
na in viros fideles, quasi ab
illis duceretur origo eorum
dem facinorum, quæ ille
perpetrabat, nec enim alia
via compendiosius effectū
iriputauit, ut omnē genus fi-
delium nationibus univer-
sis redderetur intussum, exo-
sumque: qua etiam de cau-
sa spectaculum consumme-
liæ, opprobrii & supplicij
esse illos fecit in hominibus

dio sustulisset, nihil am-
plius vel propriæ malitiæ
vel exitio Christiani gre-
gis adiçere posse videba-
tur: nam & Petrus in terris
vices geret Redempto-
ris in pastu & gubernacu-
lo totius ouilis per orbem
dispersi; Paulus autem uni-
uersalem Apostolatum ad
omnium gentium conuer-
sionem, eruditionemq; ac
ceperat, vtriusque autem
sanguine Romanum so-
lium consecratum esse ag-
noscitur & vtriusque sem-
per authoritatem præfert
summus Ecclesiæ Ponti-
fex Romanus Episcopus in
edictis, indultis & quo quis
alio quod ad munieris Pon-
tificij functionem, execu-
tionemq; pertinere vi-
deatur, vide autem in con-
fractione huius Principis
dispositionem admirabile
diuinæ prouidentiæ: nam
cum ad culmen totius im-
pietatis deuenisset effrenis
audacia, æquo iudicio se-
dantis in throno actum est

vt non aliis perimeretur
manibus, qui in Petrum &
Petri sedē tā atrociter de-
sæuīt, quin potius in per-
missione alieni criminis id
egit omnipotens artifex
ut propria ipsius Neronis
manu quasi vindice impie-
tatis vteretur ad insigniæ
hoc piaculum vlciscendū.
Primum enim res ipsa ex-
poscere videbatur, ut qui
non agnoscebat in terris
alium seipso saeuorem, sui
met se inueniret carnifi-
cem, qui etiam tot cladium
se fecerat patratorē. De-
inde intuere imperscruta-
bilis diuini iudicij æquita-
tem in hac parte, dum non
alio vindictæ genere ani-
maduertit Redemptor in
Apostolorum suorum cru-
delem homicidam, quam
nuper animaduerterat in
Poncium Pilatum, qui ei-
dem Redemptori tempora-
riam mortem intulerat, nā
ut proprij Vicarij in terris
curam gerere videretur
præcipuam, ut Romanæ
fedis injuriā non minus
aut non aliter vindicaret,
quam propriam, permis-
it quidem quod erat deli-
cti in Cæsare interficien-
te semetipsum: sed tamen
eo usq; est supplicio ad
ostensionem impietatis hor-
rendæ, qualis admittitur
æ Principibus in Petri
Cathædra concutienda, in
Romani Pontificis authori-
tate labefactāda, in oppro-
brijs & iniurijs sedis sanctis
simæ. Ethoc quidem quasi
in capite persecutionis Ec-
clesiæ attentauit Nero per
secutorum omnium inter
Principes saeuissimus: de
quo nonnulli Patres intel-
lexerunt id quod legimus
in Apostolo. Iamen in my-
sterium operatur iniquitas
Aug. li.
20. de ci-
uit. ca. 19
videtus
de hoc.
2. Thess.
perditionis tradita sunt in
divinis Scripturis: nam &
alij

alij varie de illo opinantur
quasi vel iam mortuus, re-
surrecturus speretur, vel
viuus subtractus, reuelan-
dus sit suo tempore, & ipse
futurus Antichristus, qua-
quidem non ob id in hunc
locum prolata sunt, ut fidē
adhibeamus alienis com-
mentis, sed vt hominis im-
pietatem eam fuisse decla-
remus, ex cuius agnitione
in suspicionem venire pos-

tuic; num ipse foret Anti-
christus. Illa vero enituit
vel maxime in Apostolica
persecutione, cuius se se vi-
torem præcipuum agnoscit
vult triumphator in cœlis
Redemptor sæculi, dux-
vere ac fortiter premit eos
omnes qui Apostolici tribu-
nis celsitudinem con-
citere & solo æqua-
re conati
sunt.



CAPIT

CAPITVLVM XVII.

*Regum & Regnum confractiones ob iniurias fa-
etas Romanæ sedi. num. 1.*

Mauritius Imperator fauter schismatis. ibi.

Ecclesiæ Romanae Principatus. num. 2.

Mauritij confractio & supplicium num. 3.

*Ecclesiæ Romanae persecutores accerrime puniti.
num. 4.*

Iudicia in exitu Israel de Aegypto. ibi.

Iudæi a promissionibus repulsi num. 5.

Iudicia grauia in persecutores Ecclesiæ. ibi.

Aßyriorum imperium translatum. num. 6.

*Græcia & Constantinopolitani imperij confractio.
num. 7.*

Martini Lutheri supplicium. num. 8.

Henriques ab schismate in heresim delapsus. ibi.

NO patitur ma-
teriæ magnitudo
vt obiter & quasi
per transennam percurra-
mus, quod erat argumenti
huius, sane crebras confrac-
tiones regum, imo & com-
minutiones regnum ob
hanc eandem causam eue-
nisse comperimus, testis est
magna Græcia & totum

Oriëtale Imperium: cuius
partim deuastatio, partim
occupatio ab hostibus Chri-
stianæ fidei inde suam tra-
xit originem, quod rebel-
lis illa natio inuenta fit ad-
uersus cathedram Petri. Iā
enim de diuino munere im-
peritia sacrarum literarum
intumesces, quod illa à
Græcis ad Latinos dimi-
nasse

nasse videretur, & à Patri-
bus præcellentibus quos il-
lud sæculum tulit & que do-
ctos ac sanctos, excutere à
se cœpit jugum Romanorū
præsulatus: quæ sedes à
Christo erēcta fuerat in ca-
pite & culmine totius Ec-
clesiasticæ Hierarchiæ. Res
hæc infelicia primordia de-
sumpsit à tempore Impera-
toris Mauritiū: qui cum Ioā-
nes quidam Archiepisco-
pus Constantinopolitanus
se vellet scribi æcumenicu-
sue vniuersalem Episco-
pum, ipse Imperator susci-
tatam seditionem aduersus

Citat. ad vrbis Romæ Antistitē nō
hoc Gre- modo non cōpescuit, verū
gor. lib. 4 etiam præsidij fuit, & vt
Epist. 29 alijs placet, ipsemēt Cæsar
rebellionis huius primus au-
thor fuit. Is sub æuo Grego-
rij Magni, qui Romanæ vr-
bis imo & totius orbis tunc
erat Episcopus, in sancti
Pontificis solium consur-
rexit, deinceps volens il-
lum à primatu & Cathe-
dræ celsitudine in quam
fuerat euectus à Domino,

vt Petri excellentiam trā-
ferret ad Constantinopoli-
tanę ciuitatis Patriarcham.
Audi vero confraktionis
iudicium ab eo prolatum, *Mat. 16*
qui iā, olim dixerat Petro:
Super hanc petram ædifica
be Ecclesiam meam: cōpo-
tæ inferi non præualebunt
aduersus eam. Iam enim
téporibus pristinis, quibus
& celebrata sunt insignia il-
la quatuor Cōcilia, ea cōtro-
uersia terminata fuerat &
absoluta, & suis quibusque
Patriarchicis Hierarchijs
locus designatus est, omnes
que illæ sedes sub vna Ro-
mani Præsulis Monarchia
fuerant constituta. Intelle-
xerunt namque Patres vni-
uersi conuenientes in Syno-
dum, vnum esse in terris ca-
put institutum à Domino,
nec aliter constare posse si
dei, religionisque vnitatē, *Conc. Ni-*
cen. c. 18
quam si vnu præsit ad quē *et 19. c.*
causæ totius orbis in nego-*d. 19. ca.*
tio rerum spiritualium deuol *Ita Dñs*
uantur, quod etiam intelli-*et in Ex*
gēs Sathanas commouit in *trauag.*
terim regna & prouincias *vnam*
santam; ad:

aduersus hunc principatū, si-
ne quo nequit cōstare vni-
tas dogmatū, aut etiam Ec-
clesiæ, quin poties & chis-
matum & hæresum ortus
inde prouenire deprehen-
sus est, quod non agnosca-
tur caput vnum & pastor
vnu in Ecclesia Catholica,
qui successor est Petri. At
vero qui aduersus antiquā
Patrum definitionem &
constabilitam veritatem au-
sus est oppugnare sanctum
Greg. in Antistitē, & suppositios
Registro primatus communisci con-*lib. 11. c.*
1. Nice-
pho. lib.
18. c. 40.
tra Dñi dispositionem &
decretū, eo cælitus destina-
to supplicio plecti meruit,
vt vxore ac liberis corā eo
interfectis, tandem ipse gla-
dio confosus interiret, ca-
rens etiā seu destitutus omni-
spice posteritatis potituræ
imperio, quod ille iure mer-
ito amiserat. In ea vero
Principis conuassatione
vnu id cōtemplari licet, quod
pœnæ grauitatē imminuat,
nempe quod vir admissi
criminis conscient & quasi
facti pœnitens pie & aqua

in Eremo & contemplationi vacauerat, aduenisse in publicum forum Constantinopolitanæ urbis, indeque districto, exertoque gladio processisse usque ad vestibulum imperialis aulæ ac fortiter exclamasse brevi & Imperatorem & uxorem cum liberis gladio esse seriendos, sed & Phocas lib. 18.c. qui vindictæ huius ministri accepit pro Mauritio, legem tulisse fertur de primatu Ecclesiæ Romanae, quo plenius agnoscamus eam fuisse causam commutationis huius, nempe irreuerentiam prioris Cæsari in sumimum Pontificem. Transcurso libenter quod erat argumenti huius in afferendis compluribus alijs conquassationis exemplis ob eandem causam dum tandem id unum audacter prouiciem, nullum haec tenus extitisse oppugnatorē Pontificiæ huius celsitudinis, qui non æquam & paten-

tem diuinæ dexteræ ultionem in se persenserit siue in hoc sæculo, siue in futuro. Ecce olim horrendis iudicij, prodigijsque peracta est Redemptio Israelitici populi de captivitate Aegyptiorum, nam & sic Abraham promiserat Dominus: *Veneruntamen (inquiens) gentem cui seruituri sunt, ego iudicabo.* Iudiciorum magnitudinem in libro Exodi exaratam cōspicis: ubi præter alia quamplurima & prirogenitum Pharaonis extinctum in domo, & Pharaonem cum exercitu illius obrutum flutibus videre licebit ob persecutionem Israëlis. Alia multa iudicia legis perfecta in Regna & regum copiosa multitudo, ut eductus ab Aegypto populus in terram Promissionis deduceretur cum pace. Et ita quidem gestū est cum populo duræ ceruis, cum ijs qui ob contumacem incredulitatem audire meruerūt ex ore Domini. *Iurauit ira mea, si introibunt*

5
Psal. 94: 6

Capitulum decimum septimum. 401

būt in requie meā. Quid ergo actū iri existimas cū ijs terræ Principibus qui toti Ecclesiæ Catholicæ funda menta subvertunt iacta in Petro, & sede illius, atque adeo toti Christiano populo bellū indicūt? Nā & g̃es illa interim passa est repulsam ne ingredetur in terram lacte & melle manantem: & quicūque alij ex ijsdem progeniti ad illius ingressum fuere admissi, prout aberant à diuinis promissionibus, quæ illic præformabantur. Etenim de Patribus qui verain Deum, & viua fide subnixi intenderunt in hæc ipsa nouæ Legis sacramenta, & bona cœlestia nobis collata per Christi Heb. 11. stū, sic pronūciat Apostolus. *Iuxta fidē defuncti sunt omnes isti, nō acceptis promissionibus, sed a longe eas aspicientes, & salutantes.* Quid vero de ouili Christi, quid de rubricis: tis ouibus per sanguinē ipsius? Iā, inquit, nō estis hospites & ad uenæ, sed estis ciues sancti o-

rū & domestici Dei, super edificati super fundamētū Apostolorū & Prophetarū, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Timeant ergo Principes saceruli concussionē fundamēti, qui dū ad illud labefactadū se cōferrūt, lapidē quoque angulare super se irruentē demoliri festinant, vt illo cadente cōfringantur, cōteranturq; timeant iudicia horrenda priscorū Principū super se deuoluta, qui non persequūtur populu in manu Moysi & Aaron eruptū de fornace ferrea Aegypti, deductū que manibus Iosue, & Gedeonis, sed liberatū, redēpiūque de potestate tenebrarū in sanguine immaculati agni, Christi Iesu. Non summus hospites Testamētorū, & ab spe promissionis repulsi, sed quales ipse Petrus Apostolorū Principes nos ipsos depingit: *Vos, inquiens, genus electū, regale Sacerdotiū, gens, sancta populus acquisitionis.* Sane si quondam ita sevère vindica-

2. Pet. 2
Cc tum

tu est in oppressores Iudeo-
rum: non minori vindicta
plectetur, qui Christi gre-
gē opprimere conati fue-
rint. Suis quoque iudicij
actū est cū Principibus Ba-
bylonis, ut liberaretur idē
populus de pristina seruitute:
& post varia iudicia de
Nabuchodonosor, & Bal-
thasar Regibus, post direp-
tionē, cōquassationemque
Regni Assyriorū, trāslatū
est ab illis Imperiu ad Me-
dos & Persas, à posteritate
Regū antiquorū ad exte-
ros, nēpe Dariū & Cyruū.
Pauent Principes ad vltio-
nis magnitudinem: & qui
Christū, & Petru à se de sua
deturbare nō exhortescut,
maius adhuc audaciæ suæ
formident suppliciū. Iam
enī totā Ecclesiā concu-
tiunt qui Romanū præsula-
tū oppugnant: & dum e se-
dibus suis illā dimouere co-
nāntur, exulare ipsam vo-
lunt, & in captivitatem de-
uolvi, ut nec agnoscatur
propriū domiciliū, nec ha-
beant fideles quo securicō

fugiant. Non est autē quād
aliūde petamus veluti pere-
grina exēpla punitionis hu-
iūs, quibus & familiaria sup-
petunt. Nā & ab hac ipsa ra-
dice propagatū est malum
horredæ cōquassationis in
regna rebellia: Et ab hoc ip-
so tempore quo viri Orienta-
les cōsentire cōperūt schis-
mati nefario, nō semel, sed
sēpius irā Domini super se-
deuolutā agnouit tota mag-
na Græcia, & Constantino-
politanū Imperiu ad exte-
ros deuenit, quod iā multis
hinc annis occupat Mahometica
persidia. Nā & ma-
lū hoc ingens prolixa ora-
tione proclamauerat corā
omnibus Bessariorū Archie-
piscopus Nicænus in Flo-
rentino Concilio, quo me-
rū incuteret Græcis & Ar-
menis fouendi impostorū
schismatis sacrilegi aduer-
sus Latinā, & matrē omniū
Romanā Ecclesiā. Frequē-
ter apud Patres legimus ma-
litotius originē in populo
hinc duci quod Sacerdoti
seu Episcopo nō obediatur.

Quid

7

8

Quid verō de summi Antii-
stitis oppugnatione cense-
bis, cui Christus in omni-
bus ad Christianę Reipubli-
cæ & gubernationē pertinen-
tibus plenas vices contulisse
agnoscitur? Nō est quod
ad peregrina defluamus,
quod prisca, & obsoleta rei
huius proferamus exēpla,
qui nupera, & recentia ha-
bemus in hominibus sæcoli
huius. Etenim Martinus Lu-
therus qui sedem illam la-
cessiuit conuicijs & blasphe-
mij simpleuit, haud dubiū
quin morte occubuerit in-
felici, & à diabolo strangu-
latus poenas in sempiternū
det effrenis audaciæ, quid-
quid simulent, consingant-
que sibi Lutheranæ factio-
nis sectatores. Illud certe
abnegare nemo posse q.
ab his initijs cōtemptæ Ro-
manæ authoritatis ortum
fuerit excidium regnum
& defectio à Catholica fi-
de. De principibus verō
& ducibus regnum non
est quod hoc loco longio-
rem habeamus sermonem.

Id in uno Henrico Octa-
uo Rege quondam Anglo-
rum vere Catholico, & Ca-
tholicæ religionis propug-
natore strenuo depre-
henderelicebit. Is namque
ab schismate delapsus in
Hæresim, tandem in totius
impietatis barathrum deuo-
lutus est, vt exlex morere-
tur absque certa professio-
ne ac fide. Quæ sane con-
fractio iusto sedētis ad dex-
teram iudicio evenit, non
quidem operante illo ad
Regis malitiam, sed per-
mittente, deserenteque ob-
sacrilegium prioris auda-
ciæ. Nam & se dici, scribi-
que voluit vniuersalē Prin-
cipem in causis spiritualibus,
à quo non esset perfugium
ad Romanum Antistitem:
& reos esse decrevit læsæ
Regiæ Maiestatis eos qui
hunc honorem defer-
re maluerunt Ro-
manæ vrbis
Episco-
po.

CAPITVL. XVIII.

Principes fautores Hæreticorum. num. 1.

Hæretici ad conciliandam gratiam, & fauorem potentum anhelant. ibid.

Iulianus Cæsar fautor Hæreticorū, & Iudæorū. n. 2.

Iulianus Idololatriam suscitauit. ibi.

Antichristi machinamenta varia. num. 3.

Iuliani blasphemia in Christum. ibid.

Iuliani confractio & interitus. num. 4.

Latronis confessio in Cruce. num. 5.

Heliodori & Antiochi deprecatio. ibid.

Notatum est varias esse opiniones de morte Iuliani ut patet ex citatis autoribus. num. 6.

Regia celsitudo asserta à Pilato. ibid.

Triumphatorem Christum etiam nolens agnoscit Iulianus. num. 7.

NO¹ O! N leuem natu-
ri ecclesiam ex
suscitatis tumultu-
bus, & persecutione horre-
da nominis Christiani, quæ
moliti sunt. Pagani Princi-
pes, & ex illorum confra-
ctione, tantisper differui-
mus de sacrilige temerita-
tis exitu, quæ admittitur in
Cathedram Petri, quasi in
solium Redemptoris, ynde
totam gubernat Ecclesiā.
Hinc nobis finitimus gra-
dus ostenditur, & via patēs
præmunitur, ut de tertio
principū genere faciamus
sermonem, qui Principi-
bus sectarum præsentanē
exhibit auxilium, qui fau-
tores.

tores sunt Hæreticorum. &
Hæreleon. His sunt duces in
populis, iu lices ac Senato-
res terræ, qui Hæresiarchis
& Schismatum inuentori-
bus impium patrocinium
præbent ad firmamentum
erroris adiumenti seu rebel-
lionis suscitatae aduersus Pa-
storem Ecclesiæ. Sane quia
Hæretici solida veritate ful-
ciri nequeunt, aut ex qua ra-
tione seueri, quia definitio-
nibus Ecclesiæ, sacerdotiisque
Conciliarum severæ censu-
ræ obliſtere non possunt,
alijs se se armis communire
admittuntur, dum Principū
gratiam conciliant sibi &
in propriam perfidiam eos
adducere contendunt. Hi
sane maiori calliditate in-
structi & argutis Hæreti-
corū quasi armis potentio-
ribus communiti, ac demū
propriæ potestatis magni-
tudine freti, quasi machi-
nis bellicis validius Christi
Regnum oppugnare non
cessant. Hi quoque, ut alij
hostes, de quibus iam dixi-
mus, hæreditatem Redem-
ptoris detinent in perfidia
sua, perpetuam fore con-
fidentes veritatis prævici-
ationē, & oppressionē Eccle-
siæ quæ fundavit & tuetur
Altissimus. Multi hactenus
exticte Principes, qui vel
spōte suā obtulere patroci-
niū, vel abstracti, & circūne-
ti à viris perfidis se fecere
protectores Hæreticoruī
factionū. Unus accedat ex
omnibus Iulianus Impera-
tore Christiano in Aposto-
la, & Christi persecutorem
manifestarium conuersus. T. 4. 21.
Etille quidem non eo uno
contentus est ut Hæresiar-
chis esset præfido, qui sub
Christi ementito nomine
militantes Christum for-
titer oppugnant. Quin Ense. li.
etiam Iudæis fuit quā in 10. Hist.
plurimum, & ad templi se-
mel, & in perpetuum de-
structi novam instauratio-
nem illos commouit, qui
bus nuper interdictus fue-
rat etiam accessus ad Ur-
be m desolatam. Sed & Ilo-
lolatriam suscitauit, & fo-
vit: in & omniū infidelū

fictas, inanesc; religiones, vi potestate Christo aduersarias protegere adnixus est; ut unus potissimum effangeret in moribus & artibus adiumentis hominem peccati, quem partim imitantur omnes persecutores Christi, & Ecclesiae Catholicæ. In uno sane viro impio universos dolos & machinamenta Antichristi delinata inuenies. Etenim ille perditionis filius Iudaismum instaurare videbitur, & ad eum cōcurrēt audi omnes Iudei quasi ad Messiam tandem expectantū, ut impleatur quod Redemptor iam olim ad Iudeos dixerat:

Ioan. 5. *Ego veni in nomine Patris mei, & nō receperitis me: si alius venerit in nomine suo, illum recipietis. Confluent etiā ad illū Hæretici & Gétilies, & omne genus infideliū quēadmodū & in Apo-*

Apo. 10 *calypsi legimus. Et cū consūmatifuerint, ait, mille annū soluetur Sathanas de carcere suo: & exibit & seducet gēte: quae sunt super quā*

tuor angulos terræ Gog, & Magog: & cōgregabit eos in præliū quorū numer⁹ est sicut arena maris. Profecto Gog & Magog appellatio- ne vniuersitas infidelium totū. Orbe dispersa intelligitur, quorū multitudo est ve- lut arena maris. Præcipue au- te si nominū etymologiā se- quamur, significata est eis verbis Hæreticorū nequitia & omnis superbia, falsiq; no- minis sciētia sese erigēs im- pudēter aduersus veritatē

Aug. li.
2. de ciui- tat. Dei
cap. 11.
Hieron.
lib. 11. in
Ezech.
ca. 38.
Dei. Huius præ omnibus imaginē expressit Julianus qui in apostasiā deuolutus, ex ea parte nō minime por- tēdebat infelicē Antichristi adūtū, qui etiā sub tēpore discessiōis seu apostasiæ reuelādus fore prædiciter.

Nisi venerit, inquit, discessio- primū, siue apostasia. Iā etiā in apertis blasphemījs quas Julianus confessit in Christū, nō occultā & latētē, sed manifestā, expressā- que figurā adūbrabat eius quod in filio perditionis ge- redūerit secundū vetus il- lud

Davi. 7. *Iud Danielis vaticiniū. Et ser- mones, inquit, cōtra excelsū loquētur, siue ut habet alia lectio; Sermones qua si De⁹ loquētur. Iā enim miser pro Deo se vēditabit totā Redē proris gloriā arrogās sibi & illius nomē abolere de ter- ris om̄ino cōrēdet. Ira & Italianus sermones nefarios effutiuuit in Redēptorē mor- talium vere Dei vniigenitum Verbū. Videamus autē ē re- gione præparatā cōfractio- nē viro perfido & audaci, vt cōsimilē vindictā d Prin- cipibus alijs sumēdam esse speremus, qui patrocinium suū spōdēt, & paratū habēt sectarū inuētoribus. Et qui- dē ille super irridebat Pro- phetas Domini vīcīnū eius interitū prænūciātēs, quasi perpētua futurae esset lœua oppugnatiō gloriæ Christi, & dira persecutiō Christia- ni gregis. Quid vero Domi- nator excelsus qui à dextris astat ipsius Christi? Quid ip- semet Christus sedēs ad dex- terā Maiestatis in excelsis? Profecto diē habet ira lux & vltionis qua cōterat su- perbiā Regum, vt non casu euenisse putesc Tyrānorū arrogātia comprimatur in terris, & conatus impij re- digātūr in nihilum. Etenim cū nihil minus cogitaret mi- ser, quā quod attinet ad celdā succidēdā sacrilegi molitiū nis, subito se in prælio per- cussum sensit non quasi ab homine in terris commorā- te, sed quasi à Dominatore cap. 47. omnium sedente à dextris, qui huius sibi cōquassatio- nis gloriā inter præcipuos triūphos arrogare debuit. Nā præualidē hastæ in scip- so persentiēs istū, sed iacie- tis manū penit⁹ ignorās, nec tā suspicatus ab hominibus oriri suppliciū, qrā ē cœlis illatā sibi cōtēplatus vindictā, ad ipsummet sedētē in dextera Patris, cuius præ- properū iudiciū exhorre- cebat, sermonē cōverit. Cū que defluēt sanguinē hau- fisset caua manu, cuīq; cō- iecisset in cœlum, vnde si- bi destinatā suisse perpēdebat vltionē causam proprię*

Cc 4 cædis

Ense. lib.
10. Hist.
Eccles. c.
36. Hist.
Trip. li.
6. ca. 31.
& infra
maxime.

caelis in Christum retor-
quens, quem sibi videre pu-
Nicop. tabatur; *Saturare*, inquit,
lib. 10. *Hist. Ec.* *Nazarene saturare*. Sensit
cles. cap. plane velut alter *Heliodo-*
rus, sensit ut olim *Antio-*
chus insanabilem plagam à
triumphatore mortis infli-
ctum sibi, nec tamē impius
deferre honorem adhuc
dignatur. Maiestati vici-
ci: quin potius loco iniurię
Nazarenum appellat, Prin-
cipem fortitudinis, domina-
torem virtutis, sub cuius
vulnere se concidisse agnos-
cebat. O plusquam luciferi
na superbia, quę in summa
etiam deiectione insultat
victori Domino, & coam-
pliū erigi non formidat,
quo humilius prosternitur.
Quid adhuc superbis terra
& cinis? Quid de tua gloria
ris celitudine, qui te ipsum
sub pedibus Redemptoris cō-
stitutū videt, & humi prostratū,
vt accerbiore prome-
ritis expectes ab eodē sente-
tia? Profecto excelsō excel-
sior est alius & quod subli-
me apparet in oculis tuis, rā-
tius.

6

quā nibilū & inane reputa-
tū est ei. Quid nouas medita-
ris iniurias, quid alias & alias
contumelias ingeminas ad
uersus regnante in cœlis,
cuius etiā pendentis in Cru-
ce dominatum vniuersalē
confessus est Latro, & auto-
rem agnouit torius huma-
næ salutis, quam & tunc do-
nari efflagitabat sibi? Non-
Luc. 23.
ne satius fuisset tibi eius de-
2. Ma-
precari misericordiam, qui
cha. 3. G.
propitiū fieret ad veniā, ni
si tuis criminibus novā adij-
ceres contumaciam? Certe
idē ipse Heliodorus qui nu-
per tā infestus fuerat popu-
lo Iudeorū, ipsemēt Antio-
chus qui tā immani feritate
debacchat⁹ fuerat, in electā
Dei familiā, legē Altissimī,
& sanctā Religionē omni-
no demoliri paratus, vbi se
se divinitus percussos ani-
maduerterunt, ad percuſſo-
ris misericordia implorā-
dā conuersi sunt. Tu vero
ad blasphemias te conver-
tis, vt humilem carnis origi-
nē obijicias Redemptori dum
Nazarenu vocas, & nō po-
tius.

7

tius scepti, i potentiā exhor-
rescis, quā habet cū Patre
cōmunem. Atvero neque
Nazareni nomē adimere va-
lebit supremā celitudinem
quam ortus ex Patre habet
vnigenitus Filius: nec effu-
ſe in illū contumeliz quid-
quā detrahere vñquam po-
terunt triumphatores vir-
tuti, qua confringat & con-
terat in die iræ suæ Reges
tui similes, nam & Nazare-
nū cōpellavit quondam Pō-
cius Pilatus que condemna-
rat innocentem: & tamen
eum ipsum renitentibus ex-
clamatibusque Iudæis in-
scripsit Regem, non quasi
hæreditario iure à maiori-
tina, 2. bu transmisso (Nā & ille
conc. In- regni successionem omni-
liau. & no auersabatur ob Cæsaris
Nice. li. reuerentiam) sed quia su-
perioris titulo Diuinitatis
Rex erat, & generale impe-
riū obueniebat ei etiam in
assumpta natura: verum li-
cet alioqui rebellis & con-
tumax Julianus, profiteretur
(quod nostri erat instituti)
etiam inuitus potestatem
insuperabilem sedentis à
dextris: qui etsi ad horam
dissimulare videatur, tan-
dem cum Patre confringit
in die iræ suæ Reges, & per
secutorum rabiem potenti
virtute cōpescit, nec enim
alium agnoscens vindice in
proprię superbię, nec aliū
quali percussorem intuitus
quam Christum, siue hu-
manis oculis vt aliqui fe-
runt, eum videret, siue vt
est verisimilius, exagitante
ipsum interius propria cō-
scientia sibi ipsi videretur il-
lum contemplatus, ad ip-
sum Redemptorem blas-
phemii furoris verba dire-
xit, dicens: *Vicisti Galilæe,*
vicisti. Et ita quidem opus
erat vt fateretur perfidus,
& repetitis identidem voci
bus inter vicinæ mortis tor-
menta Christum proprij
excidijs agnosceret auto-
rē, quo patens fieret vniuer-
sis confringi eius suprema
virtute, qui tantæ pote-
stati bellum indi-
cere non for-
midant.

Cc 5. CA-

CAPITVLVM XIX.

Iuliani supplicium consimile suppicio Antichristi.
num.1.

Societas impiorum abominabilis Domino. nu.2.

Impietas duplex fauentium Hæresiarchis. num.3.

Regum & populi coniuncta malitia. ibid.

Religio totius iustitiae & humane vite fundamen-
tum. num.4.

Confractio terribilis Regū fauentiū impietati. n.5.

Principes & iudices ministri iustitiae & veritatis.
num.6.

Judicis munia. ibid.

IN tibi ob ocu-
los posita quæ cū
Iudæorum Prin-
cipibus gesta inter turbi-
nes seditionis excitatæ ad-
versus Christum , & quæ
cum paganis acta sunt ad
vtroruinq; confractiōnem
virisque autem recte adiū-
gimus Iulianum Augustū:
qui cum præsulibus Iudæo-
rum habuit commercium
& cu[m]dominatoribus gen-
tium , vt enim Herodes &
Poncius Pilatus quod par-

tes agerent Iudæorum, cō-
uenerunt in næcem Chri-
sti: ita & Julianus Iudæis fa-
uit in proposito mentis ip-
sorum, vt non illum recipe-
rent quasi Regem & Mes-
siam , sed alium expecta-
rent cui ipse viam aper-
tius quam cæteri præmuni-
re videbatur , sed & per-
secutores ex gentibus imi-
tatus vir perfuga , eos
longo superauit interual-
lo : & qui à Christo dis-
cessione[m] molitus fuit, vt
ad

ad Paganismum se trans-
ferret , potissimum iniuit
consortium cum ijs qui
nunquam fuere Christia-
nismum professi. Denique
non immerito in eorum
catalogū refertur qui hæ-
reticorum causam agunt,
vt eis patrocinentur in cri-
mine , cum & ille omnibus
patrocinatus sit, ijsque vel
maxime qui Christi diuini-
tatem oppugnarunt He-
bionitis, Arrianis, Nesto-
rianis, & plerisque alijs in
hunc errorem deuolutis.
Idcirco quasi omnium per-
secutorum Christi saeuissi-
mus, imitatur quoque filiu[m]
perditionis in forma suppli-
cij : de quo iam in superio-
ribus diximus conterendū
esse sine manibus per spiri-
tu[m] oris Domini, non au-
tem singulariter solum ha-
buit propugnatorem sui
hæretica malitia Julianum
Apostatam : sed & varios
Principes ac Senatores ter-
ræ conciliauit sibi , vt ha-
beret in præsidio qui tue-
rentur ipsam, siue Pelagia-

2

2. Paral.

19.

norum , aut Priscillianista-
rum cōmenta, siue Dona-
tiana factio , siue Ariana
blasfemia habuerunt pa-
tronos suos Reges terræ,
Augustos & Augustas, mul-
tosque alios primores in
populis, qui causam impietatis
defenderent. Habent
etiam quæ hoc cæculo emer-
serunt sacrilega dogmata
propugnatores sui consi-
miles antecedentibus , vt
& hi simul cum illis con-
fringantur in die furoris
Dñi, quid vero effusum fu-
rorē demiraris in Hæreti-
cæ impietatis defensores,
Principes & iudices terræ,
cū sit tātū illius malū , quan-
tū vix reperias in quo quis
alio facinore ? corripuit
quondam Iehu videns seu
Propheta Dñi Iosaphat Re-
gē Iuda verbis seueriorib[us]
quod societate coniunctus
fuerit Achab, Regi Israel,
cū tamen Iosaphat alioqui
vir rectus esset, ac Deum
timens, & obseruator di-
uinorum præceptorum
in auferendis lucis , excel-
lī.

sisque & idolis è Regno suo. Impio (ait Iehu) præbes auxilium, & ijs qui oderunt Dominum amicitia sangeris: Cum tamen nec toueret ille iniquitates alie rius, nec eide associaretur in criminis, quidigitur even turum speras Principibus sæculi, qui & impiis patro cini sua offerunt, & impie tatis eorum consortes fiunt, dum & illam colectantur, & sectandam proponunt à ciuibus regni sui? Et enī in eis, qui se se impiorum pa tronos, protectoresque exhibent duplex malum an dotare licet. Alterum quod extremæ huius iniquitatis reos se esse declarant, dum prius sibi cibunt vene num alienæ perfidiæ, quod eos pertrahat in exitiū dā nationis æternæ. Alterum vero, ut & alijs in scandalum & grauem perniciem cedat illorum miserabilis deceptio, dum & exemplo suo alios alliciunt ad propria crimina, & quod s̄pē vsu venit, sub

ditos sibi ad eādem con sectandam impietatem cō pellunt. Idcirco & mag no deputatur criminis, quod ad Ierooboam gestum est, austeriore vindicta percel litur, vbi sic de illo pronunciatum audimus. *Et 3. Rg.*

tradet Dominus Deus Is. 14, *rael propter peccata Iero boam, qui peccauit & peccare fecit Israel. Connexa sunt invicem Regis iniquitas & peccata populi: & in magnum evadit incommodum ci vium, viræ corruptio in primoribus ciuitatis, siue in materia religionis, siue in ijs quæ ad mores formandos spectant facile componitur vulgus promiscuum ad normam Principis. Ideoque illa duo in unum coniungit, qui Regum gesta enarravit, di cens. *Qui peccauit & pec care fecit Israel: Quod etiam cum maiori quadam energia dictiōnis expresit vir Sapiens in Ecclesiastico, dicens: Ieroboam filium**

*Nec.**Eccle. 47*

*Plin. Se miorli. 14
Aug. li.
19. de ci.
ui. c. 24:*

4

Nabat, qui peccare fecit Is rael, & dedivitiam peccan di Ephraim, & plurimam redundauerunt peccata ipsorum. Etenim Regis partes & munia ea sunt vi tueatur iustitiam, ut in æquo & bono contineat sibi commis so populos. Id verò præci puum illius negotium est ut religionis causam, vnius veri Dei cultum astrictum & defendat: quia iustitiae actio tius boni fundamentum est religio, qua rite colitur & in veritate Deus unus eli minatis erroribus, quibus illa subvertitur quod si negligenter agat Princeps in extermindis criminibus, aut errorum, prauorumq; dogmatum impietate grasi permittat, id vitio da tur iudicii & Regi, qui sedet in solio iudicij: & malorum ipsorum reum agit Princi pem quasi violatæ fidei aut admissi eiusdem piaculi, quod in alijs deprehēditur. Refunditur namque pasto ris negligentia in caput ipsorum, quibus ille præst,

& dormitatio Præfelsis in magnum redundat malum subditorum: quod si alienum sibi criminē asciscit Præ sul, vbi connuet tantum & dissimulat, quanto grauius ille delinquet, vbi & ipse met ad peccandum instigat, & non tam exemplo, quam potestatis magitudine, quam adhibita etiā vi, trahit ciues ad propria ipsius colectanda facinora? promerentur sane duram Dei vindictam, qui fauto res sunt criminis: & qui prophenorū domagmatum inuentoribus auxilium præstant, merito in die furoris Domini conterendi esse perhibentur, nam & confactio hæc in ira & furore Domini contritionem, seu comminutionem designat ut extrellum de impiis supplicium desumatur, qui in barathrum extremæ iniquitatis sponte sese præcipites egerunt, tantoque horribilior eos manet ultio, quanto amplior est ipsorum potentia, qua instructi decer tant

tant aduersus dominato- se Dei Vicarios in ter- rem cœli. Audi vero ris constitutos fuisse per- iudicium Domini in Re- pendent ad iustitiam & ges , magistratus & Iudi- veritatem seruādam. *Quo*
Sapi. 6. ces terræ. Iudicium (ait Sapiens) *durissimum in*
bis qui præsent fiet : &
potentes posenter tormenta patientur. Iure quidem
optimo grave quoddam
conquassationis iudicium
persentient Præsidentes in
populis : quia cum essent
administri iustitiae , in in-
iustitiam deuoluti sunt , &
qui vices Dei gerebant in
terræ , aduersus ipsum ar-
mis accinguntur , vt &
illios veritatem incom-
mutabilem commutent me-
dacio , & iustitiam ener-
uare videantur ex ipsa-
met accepta diuinitus po-
testate præsulatus . Nam
& id ipsum admonere vi-
sus est Sapiens in supe-
rioribus verbis , nempe
sive tempore sive spi-
ritalem autoritatem gu-
bernandi collatam esse
hominibus à Domino , quo

dat

dat & sacrilegis errori- bus aditum præbeat? quid Iudex nisi iustum ani- matum seu viuens? quid lex iustitiae , nisi iudex æquissimus ? At Prin- ceps quasi iudex supe- rior legum decreta fert prudens , & iustitiae quam lex decernit , custos fi- delis esse censetur , quod si legis prævaricator fiat , iam à semetipso defi- cit , vt iudicium horri- ble confractiois impen-

deat ei , qui contra pro- prium munus , legum san-ctimoniam violat , quod etiam expressit ipsemet autor in eodem loco , dum ait : *Qui interrogabit ope- ra vestra & cogitationes* scrutabitur: quoniam cum effteris ministri Regni il- lius , non recte iudicasti , nec custodisti legem in- stitutæ , neque secundum voluntatem Dei ambulasti.

(.³)

*Aug. in
Psal. 57.
Hier. in
Abac. c.
1.*

CAPITVLVM XX.

Saulis & regni eius confractione. num. 1.

Præcepta Domini simpliciter & sine disceptatione implenda sunt. num. 2.

Ratio præcipua Regni auferendi. num. 3.

Iudicium confractiois in Salomone declaratum.
num. 4.

Omnia Hæretorum consortia omnino perniciosa.
num. 5.

Principibus deuitandi maxime hæretici. num. 6.

CA.

I

I S Nosse cōquaſlationis magnitudinē, qua plectur Reges, Hærefiarcharū fuitores? libēter verbum vñū adiecerim, vt criminis grauitatē agnoscas, cui grauis etiam poena respondeat; quid est quod primus Rex à Domino instituīs, vt præſet Israeli abijcitur, qui quasi electus ē millibus, quasi omniū optimus fuerat assumptus ad regnum cum applausu magno & acclamatiōne populi, ab ipso met electore Domino habens testimonium probatissimā? nam ita de illo pronunciauerat Samuel Propheta fidelis. Certe videtis quem elegit Dominus quoniam non sit similis illi in omni populo. Audiamus Balaam non tam de regno iudico, quā de Regno Christi vaticinia contexentem, dum ad Dauid transiturum solium imperij prænūciat, dicens: Tolle tur propter Agag Rex eius: & auferre

tur Regnum illius. Res hęc iam pridem à Balaam prædicta, implera est ad literā in Saul, cuius historiam exarata habemus in primo libro Regum. Et quid tanti ponderis existimas fuisse? quod Agag Rex Amalech seruat? fuerit viuus & egredia quæque in pecoribus, armentisque custodita sint ut immolarētur Domino, quo demum rex deturbaretur ē folio celsitudinis suæ, & regnum illius trans ferretur in alios iure perpetuo? Et quidem si de summa facie rem hanc cōstimeremus, satis vrgens ratio fuisse ad exigendum à trans gressore supplicium, quod seuere Dominus ita præcepisset ne parceretur cuiquam in debellandis hostiibus siue ad sexum, siue ad ætatem, siue demum ad conditionem personarum respicias, quod eiām inanimantibus ab ijs obseruandum fore prescriperat Legifer semipiternus. Vult enim insflexibilis illa iustitia in-

1. Reg.

11

N. 24.

1. Reg.

2

3

inuiolabiliter custodiri q̄ legē decernit: nec patitur humani arbitrij tēperamentum, seu moderanē in legi suæ interpretatione pro ferenda: quin potius manda tisua vult custodiri nimis ad normam, & rigorē præcepti: non admittit iudex iustus humani capitis interpretamenta ad emoliendā austeritatem præcepti sui: quod & nobis satis explicuit ipsemē Samuel durioribus verbis increpans contumacem adhuc animum Regis. Nāquid, ait, vult Dominus holocausta & victimas, & non potius, vt obediatur vocē Domini? Melior est enim obedientia, quā victima, & auscultare magis quā offerre adipem arietū: quoniam quasi peccatum ariolādi est repugnare; & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere. Non blandiatur sibi mēs hominū: nec trans gressionis suæ vitū præcolorare admittatur fictis falsis que imaginibus boni & æqui. Voci enim suæ obedi-

rīvult sempiterna iustitia, nō subseruit voluntati humanae in adiumentis causis violatę legis, quā tradidic Altiſiūs. Aliunde igitur expendere admittamur quod erat suscepti argumēti. Nā vt præcipuā euoluamus rationē Regni in Saule prorsus extincti & ad aliū deuoluti, ea fuit iuxta Balaanis elogii obseruatārīa Agag Regis Amalech Nō temere, imo non sine magno libramine superni iudicij vicē has in Saule cōmutatas expendimus, vbi exemplū quarebatur exhibēdū principibus, qui sub nouo Testa mēto regnatur erant. Sane hostibus Domini parcēdū nō est, ijs vel maxime qui hostiliter viuūt, qui aduersus Dominum rebelles esse nō desinunt. Præscripta est regula Senatoribus & Principibus terræ, vt aduersarios veritatis nō patiātur viuerentantū abest vt hostiis eorū moribus patroclīū præstet. Idcirco Rex Israhel propter Agag tollitur:

Dd &

& absq; spe vlla postea ita.
tis trasfertur sceptru Regni
ad alia tribu. Nihil mirandu
si horrendo suppicio incu
buerit Rex Regu à dextris
consedens super Principes
terre, patronos Dogmatis tra
rum: qui & gloria Redem
ptoris obscurare contedunt,
& in ipsius gregē velut im
manes lupi perpetuo grar
santur: nonne audisti iudi
ciū quod percelluit iustitia in
cōmutabilis Salomonē, qui
nuper dilectus Domini es
te dicebatur, quod aduer
sus antiquū præceptū Do
mini adamauerit, copulaue
ritq; sibi mulieres alienige
nas? Quo etiā effectum est,
vt illarum Deos adoraret,
ijsdem ipsis tēpla erigeret,
vt ibi thus adoleretur, &
immolareetur eis. Quas ve
ropēnas dedit admissi pia
culi Rex quem nuper tā te
nere diligebat Altissimus?
Sane in manu filij eius Ro
boā discissum est Regnum,
ita vt dece Tribus recede
rent à Rege Iuda, & aliū si
bi Principē eligerent: totus-

que Principatus in Israel ab
illo fuisset cōblatus, nisi facta
Davidī promissio interue
niret, quā fideliter cōserua
uit Dominus, vt viro secun
dū cor Dei maneret lucer
na in Israel. Et quid alienige
narū nomine intelligi pu
tas nisi peregrinas sectas ea
rūque autores, quibus con
iungi nefas sit, iuxta præcep
tū Domini? Etenim viro fi
deli nihil perniciosius esse
potest quā Hæreticorū cō
sortia: nec vllū magis præ
sentanū venenū eis obijci
valet quā quod ab illis pro
pinatur in societate cōmu
ni. Audi vero adiunbrata m
rei huius veritatem in ea ip
sa Historia quæ de Salomo
ne digesta est. *Rex*, inquit,
*adamauit mulieres alienige
nas multas, filiā quoq; Pba*
raonis & Moabitidas, &
Ammonitidas, Idumæas
& Sidonias & Cethæas de
gētibus, super quibus dixit
Dominus filijs Israel: nō in
grediemini ad eas, neque de
illis ingrediētur ad vestras:
*certissime enim auerst̄ cor
da*

davestravt sequamini Deos
*carū. Perpendite, o Princi
pe emphasi diuinorū Ver
borū: energiam diuinæ seu*
*comminationis seu prædi
ctionis impēsuis cōrēplami
ni. Certissime (ait Dñs) auer
tent corda vestra vt sequa
mini Deos earū. Quid vos
tam libenterianimo accom
modatis aures viris Hæ
retarchis, vt eorum ebibatis
malitiam, quam in auris po
culis propinare non ces
fant? Profecto quod de mu
lierum alienigenarū contu
bernio enunciatur vide
tis, id re ipsa impletur quo
tidie in consortio inito cū
novis Dogmatistis. Nec mi
norem habet efficaciā Hæ
reticorum perfidia in per
niciem adhærentium ipsis,
quā olim habuerint arma
diabolij in fœmineo sexu ad
perdendos eos quicopulati
sunt illis. Non plane minori
eventus certitudine subse
quitur humanū exitium in
ijs qui Hæreticorū collo
quia diligūt, quam olim in
ascitis exterarū mulierū cō
iugis siue incestis cōmer
cijs. Illi audiſſime domos
irrūpunt, & penetrat, vt cō
tagia sua in alios diffundat:
& sermo eorum, teste Apo
stolo, vt cancer serpit. Ca
uetate, o Principes pernicio
sa consortia hominum me
te corruptorū, ne quod in
illis evenit, vt facile illecti
fœmineis verbis ad deci
piendum compositis per
traherentur ad Deos alien
nos adorandos, vos quo
que nouis Hæretarcha
rum fucis, pictisque sermo
nibus ad prophana eorum
dogmata conseſtanda ded
ducamini. Nam & frequen
ti Patrum appellatione Dij
alieni, & idola vocari con
sueuerunt, sacrilegæ opi
niones, quas de suo quis
que capite adiuuenit, vt
eis diuinos honores exhib
eat, adoretque opus ma
nuum suarum, vt olim Ido
lorum cultores. Fiet igi
tur, vt quod in Salomo
ne gestum est & in domo
Ieroboam ob crimen con
simile, q; sibi fecerit Deos*

alienos, quod erexerit illis
phana, lucosq; extruxerit,
id ipsum eueniat Principi-
bus sæculi, qui & Deos alie-
nos cum Hæreticis securi-
fuerint, quod aras constru-
xerint, & lucos instaura-

rint, vt & coeteri adora-
rent humanæ adinuentio-
nis opificium. Confringen-
tur namque in die furoris
Domini: & Regnum ipso-
rum merito ab alijs in alias
deuoluetur.

CAPITVLVM XXI.

Hæresiarchæ cœu Principes ^{et}) Duces aliorum con-
fringuntur in die iræ. num. 1.

Hæresiarcharum antiqua confractio. num. 2.

Hæreses ex carnis desiderijs ortum habent. num-
ro. 3.

Hæretici superioris potestatis contemptores. num-
ro. 4.

Hæreticorum confidentia. num. 5.

Hæretici suis ipsorum dissidijs dissipantur. num-
ro. 6.

Hæretica molimina, domus super arenam adifica-
ta. num. 7..



ENE habet res:
& ab Hæretico-
rum sautoribus
facili gradus est ad differen-
tia de novis Dogmatistis,
quos etiam sub Regū nuncu-
patio-

patione intelligi volumus,
vt & ipsi confringantur in
die furoris Domini. Et
enim Hæresiarchæ, Hære-
ticorū Principes & capita
Hæreseon, se dici & esse cu-
piunt Rectores, Gubernato-
resq; aliorū, vt in eos æque
cōpetat quod nuper de Re-
gibus & iudicibus terræ re-
tulimus ex libro Sapientiæ.
Sapi. 5. Nā & hos & illos eodem
prorsus sermone cōlecti-
tur diuina Sapientia, dū ita
eloquitur. *Audite ergo Re-
ges & intelligite: discite iu-
dices finium terræ. Præbete
aures vos qui continentis mul-
titudines, & placetis vobis
in turbis nationum.* Et qui
funt qui continent multitudi-
nes siue in seductione, ini-
quitatis, siue in arrogatio-
nē, & ducatu Magisterij
vsurpati, iudicij apud tur-
bas populorū, nisi noui Dog-
matistæ? Qui & placere si-
bi dicuntur in turbis natio-
nū: quia in superbiam elati
aduersus scientiam Dei, sua
mendacia confidenter ve-
ditant & in homines euil-

gant pro diuinis oraculis.
*Horrede, &cite(ait)appa-
rebit vobis, nimirum, vt nō
effugias confractioiu-
dicim, quod deuoluī solet
in Reges & iudices terræ.*
Si enim in illis, quos veſtra
ſollicitudo perdidit, & con-
ſortes effecit crudelis perse-
cutionis in Christum, tam
ingens ſeſe prodidit vultio
dexteræ excelsi, vt conſra-
cti esse dicantur in die iræ
Domini: quid de vobis agé
dum erit qui malis aliorum
ſubministrastiſ ſomitem &
originem præbuiliſ? Sane
in vobis iam pridem incubuit
furor Domini: & iudicium
illius, vt inquit Petrus Apo-
ſtolas, in vobis iam olim
non ceſſat, perditio que
veſtra non dormitat. Nam
& de vobis loquebatur
egregius paſtor torius oui-
lis Christi, cum ait? *Fuerūt* 2. Pet. 2.
vero & Pſudoprophebe
in populo, ſicut & in vobis
erunt Magistri menda-
ces, qui introducent ſectas
perditionis, & cum qui
emit eos Dominum negat,

Dd 3 ſu.

super ducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur: et in anarxia factis sermonibus de verbis negotiabuntur. Ut autem celerem, & impropositam conquassationem blasphemiae huius describat idem Apostolus, in medium profert spiritum cœlestium ruinam, diluvium originalis mundi sub diebus Noë, & Sodomæ ac coeterarum urbium subversionem quæ facta est in momento. **Nouit** (inquit) **Dominus** pios de tentatione cripare, iniquos vero in die iudicij referuare cruciando, magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditate ambulant, dominationemque contēnunt, audaces, sibi placentes, sedas non metuant introducere blasphemantes. Vide graphicè descriptos Hæretiarum mores, ut eos obseruans deuitare pro viribus admiraris. Sane ut ex

3

carnis desiderijs ortum ducere ipsas Hæreses agnoscas. Primum quidem quæstus & auaritiæ gratia id agere docet viros Dogmatistas, ut compescitis sermonibus alliciat alios in propriâ nequitiam, quo demū expilatos, expoliatosque omnino disperdant. Eo namque contendit quod dictu est: *In auaritia factis verbis de verbis negotiabuntur.* Quod vero subinfertur de carnis concupiscentia, ut inde suborientur sectæ manifestam consonantiam habet cum Paulis emendatis, qui & sectas **Gala. 5:1**
seu Hæreses annumeravit inter opera carnis, quod ex gulæ ventris, auaritiae, ambitionisque cupiditatibus illæ subnascantur. Iam illos, & sibi met supra modum placentes, & superiore potestate spernentes licet aspicere in ijs, vel maxime qui hoc infelici suo discesserunt à fide. Hæc tamen consulto percurrimus & obiter

4

tacta.

Capitulum vigesimum primum. 423

tacta præterimus, ut ad rem reuertamur. Mitum id vero quam sibi placeant, & applaudant Hæretici, quantâ sui & suorum dogmatū stabilitatem polliceantur sibi, ut merito notatos audaciz, & tenacitatis in dogmatis intelligas, dum sibi placentes esse perhibentur. Nec sibi timent, nec ruituræ fabricæ turris Babylonica: sed perpetuum esse arbitrantur quod aduersus Dominum erectum est ædificium. Existimabant priisci Hæretici permanensurum in æternum quod ipsi somnia rint: & commentum proprij capitis aduersus Dei veritatem incommutabilem diu posse persistere confidebant. Vide vñsaniam hominum mente corruptorum, dum aduersus stabilitam à Redemptore religionem & fidem, ipsi contra sibi firmam, constantemque perdurare putant manifestariam falsitatem. Qui tamen & ipsi proprijs dissoluuntur opinionibus, dum à se inuicem disidentes magnam quandam fecerunt hominibus instabilitatis suæ fidem. Nam & quod unius amplectitur, aliis abjectis & repudiatis: aliis aliuns impugnat: nec in re villa conueniunt, nisi in hoc ipso, ut à semita veritatis omnes pariter discedant & abersent. Et tamen singuli eorum perpetuam sibi constantiam promittunt subinducti dogmatis. Quot homines, tot pene videoas factiones opiniorum, & diuersas de rebus iam apud nos definitis, constitutisque sententias. Neque vero illos minus inter se digladiari conspicias, quā nobiscum pugnare soleat, ut nullum evidentius argumentum instabilitatis expectes in eorum inuentis, quam eorundem varietatem & pugnam. Una est namque Catholica Ecclesia, una illius fides, non disjecta factionibus, vnum habens fundamentum sui

5

6

Dd 4 præ-

præter quod nemo possit
aliquid in veritate iacere se-
cundum Apostolum. Illud
autem usque adeo solidum
est, ut nullus quantumvis
concitatus ventus peruerso-
rum dogmatu, nullus schis-
matum, aut seditionum im-
pulsus a propria ipsum fir-
mitudine dimouere queat,
nulla malorum inundatio-
domum tali fulcimento in-
nixam, ab illo possit aliquā-
do conuellere. A petra im-
mobili suam & firmitudi-
nem, & unitatem habet,
quam perpetuo consinguet.
Quid vero Hæreticus con-
stanter permansurum sus-
picatur regnum. Sathanæ,
quod in seipso diuisum est,
& incompactū habet fun-
damentum sui. Omne (ait
Dominus) Regnum in scip-
sum diuisum desolabitur.
Diuisum est aetem regnum
Hæreticorum, ubi alius cu-
alio pugnat: & dominus adi-
ficata super arenam non
potest maiorem stabilita-
tem obtinere, quam habeat
fulcimentum in seipso in-

copactum & disiunctum.
Quid ergo ætum iri putas
de inuentis dogmatis, & no-
uis dogmatistis? Ecce, in-
quit, Dominus à dextris
tuis confregit in die iræ sue
Reges. Sane Duces, & Re-
victores aliorum, Hæresiar-
chæ, & capita Hæreticum
communuit Dominus cum
dogmatis suis, ut non con-
surgent amplius illorum
molimina, sed prorsus hu-
mi iaceat omnis aduersus
Christum suscitata, erecta
que in cœlum ædificatio.
Ecce validum emisit ven-
tum furoris sui Dominus:
& domum male constru-
ctam super arena incons-
tantia, quasi spiritu oris
sui potenter subvertit com-
pescuit arrogantiam ex-
cessus humilitatis Magi-
ster: compressit ausus eo-
rum qui turrim Babel ex-
trure conati sunt. Spiritu
tus unitatis linguas confu-
dit impiorum, ut nec se
mutuo intellegant, nec ip-
simet seipso, & propriâ lo-
quaciam agnoscant Nonne
vides;

7

vides utrumque confusam
compressamque Hæreti-
corum audaciam? nam &
complures sectæ quasilin-
guæ diuersæ, seu diuersa
idiomata, vere confundunt
regnum impiorum: & vi-
gente ipsis æquitate super
ni Iudicij, sibimet sa-
pius aduersantur Hæretici
ut sententias commutent,
& quod ædificauerant de-
struant. Iamque præualida
virtute sedentis à dextris
è vertice semistructæ do-

mus intartara deiçuntur,
quid enim faueret impijs
superna iustitia, & spiri-
tu superbizæ intumescenti-
bus non obiaret diuina
celitudo? quin potius su-
perbiam retundat, com-
primat audaciam: & in
cœlum parantibus ascen-
sum cum duce Simone, ter-
ribili obstat vltione, ausus
que temerarios in perpe-
tuam ipsorum confusionem
conuertat.

CAPITVLVM XXII.

Ultio de transgressoribus olim expedita. num. 1.

Giezi & Ozias eodem supplicio correpti. num. 2.

Confractio nouorum Hæreticorum celerrima. nu. 3.

Anathematis usurpator. ibid.

Aurea lingua, doctrina Hæreticorum. ibid.

Hæreses antiquæ ex Philosophia prodeentes. nu. 4.

Hæretici alienum ignem ad altare deferunt. nu. 5.

Hæretici Dathan, & Abyron. num. 6.

Schismatis malum ingens. ibid.

Nouorum Hæresiarcharum confractio. nu. 7.

Dd. 5.

Anne

